
C O R P U S
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIORE ET COPIOSIOR

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE

BORUSSICAE

CONTINUATA.

NICETAS CHONIATA.

ΧΑΡΑΛ. ΣΠΑΝΟΣ
ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ 23
ΑΘΗΝΑΙ

•



Ἀνατύπωσις: εἰς 300 ἀντίτυπα

NICETAE CHONIATAE

HISTORIA

EX RECENSIONE

IMMANUELIS BEKKERI.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXV.



PRAEFATIO IMMANUELIS BEKKERI.

Nicetam mihi aggredienti praesto fuere codices duo e bibliotheca Regia Monacensi liberaliter summissi, ambo chartacei, forma maxima. quorum alter, A (Mon. 93, stat. 7, num. 12) Nicetam post Zonaram habet, f. 240—546. *καὶ ταύτην τὴν βιβλον ἐμμανουῆλος ὀμβαιβενὶς ὁ ἐκ μονεμβασίας ἐξέγραψε μετὰ τὴν παράδοσιν τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος.* alter, B (Mon. 450, olim Augustanus p. 68 n. 27) folia habet 242, amisit multa. incipit enim a pagina editionis Parisiensis 18, desinit in p. 404 D 7, ulteriorum foliorum duobus tantum (p. 407 B 3—409 D 6) servatis et loco non suo, inter folia 48 et 51, insertis: caret praeterea, post folia 3 4 37 165 183 205 232 236, iis quae leguntur p. 26 B extr—34 B 5, 39 A 5—41 C 6, 88 ima—90 C 8, 297 A 7—298 D 9, 326 B 1—327 C 6, 352 A 1—354 C 7, 390 D 1—392 C 4, 397 B 12—398 B 8. folii 114 (p. 222 B) pars inferior deest. in margine passim lemmata, rubrica scripta: velut, ubi tertius de Manuele li-

ber incipit, ὅτι ὁ βασιλεὺς ἔβρισε καὶ ἀμάξας εἶναι εἰς τὰ στρατεύματα. ὅτι ὁ ἀνδρόνικος δέσμιος παρὰ βασιλέως ἐπέμφθη εἰς κωνσταντινούπολιν. νίκη τοῦ τζιντζιλούκη παρὰ τῶν οὐγγρων. ἀνδρεῖον τοῦ ἀνδρονίκου ἐπιτήδευμα. τὸ ἐξελοῦ με κύριε ἐξ ἀνδράπου πονηροῦ μᾶλλον ἔστιν αἰεὶ ποτε εὐχεσθαι. f. 121: διανέγων ἐγὼ Μαρτίνος ὁ Κρούσιος (εἰς Τέβιγγάν μοι ὑπὸ κν ιω βαπτ αἰντζελίου ἐξ ἀγούστης πεμφθέν) ἀφπ μησὶν Ιουνίω καὶ Ιουλίω. *versuum non idem ubique numerus: alibi 24, alibi 38.*

His codicibus ambobus usus est Hieronymus Wolfius, ut supervacaneum fuerit lectiones a me excerptas illius auctoritate firmare. quo factum est ut annotatio viri optimi raresceret, praesertim cum eiusdem coniecturae aliquot, artis coniecturalis pueritiam referentes, non magis viderentur posse reduci quam, quae apud Fabrotum a p. 452 ad p. 464 patet, nescio cuius gnomologia. talibus detractis si qua accepta iactura est, compensabit eam, opinor, quod nunc primum accedit, de stautis fragmentum, sumptum illud a Friderico Wilkeno, bellorum sacrorum scriptore nobilissimo.

Scrib. Berolini Id. Dec. a. 1834.

EMINENTISSIMO S. R. E. PRINCIPI CARDINALI

IULIO MAZARINO

Editio Nicetae nova patronum sibi ex more quaerebat adversus malignos invidosque. unus occurristi, **CARDINALIS EMINENTISSIME**, cuius patrocinio non levis auctor sese committeret, unum Te siquidem videmus litteraria monumenta orbi Gallico forsitan ignota ubique gentium conquiri iubere, et in bibliothecam Tuam incomparabilem admitti, ut et certissimum sit scriptorem qui te ultro adit benigna fronte admissum iri. hoc vero omnium linguis laudibusque celebrari debet, quod licet ea prudentia, quam caeteri ex librorum lectione emendicare necesse habent, Tibi ingenita sit, eos tamen tanta animi contentione tamque impenso sumptu comparari vis, ac si prudentia illa non Tibi cognata sed labore paranda esset. itaque bono magis publico bibliothecam instituis quam Tuo, ut omnes intelligant et rem belli et pacis decora peraeque Tibi curae esse. altero Gallici hostes nominis obteres, altero peritiores homines efficies, ut quanto sis ornamento principi et quam prospere rem Gallicam geras, non modo his qui vitam vivunt, sed etiam posteris narrent et tradant. felices autem ter quaterque hi quorum opera rerum a Te praeclare gestarum memoria testatior erit, sive quod materia illustrior sive quod rerum copia nulla eis possit uberius contingere: quemadmodum enim rei tenuitate scriptoris eloquentia deteritur, ita et rei dignitate clarescit et diffunditur. hi Galliae fines prudentissimo felicissimoque consilio Tuo prolatos in Italia narrabunt, et

frustra esse eos qui Gallico imperio fines statuunt, quod Gallorum virtus invicta non finibus certis sed orbe claudatur. hi Germaniae principes armis Gallorum victricibus exterritos quievisse neutrive parti sese addixisse tradent; quo facto sibi posterisque suis consultum iverunt et imminentem rebus suis exitum depulerunt. hi Gallos copiis longe impares classem hostilem devicisse praedicabunt, et eos qui de gloria certaturos se putabant, statim sibi de salute certandum intellexisse, tametsi superba natio naves solvisset, ut quasi per ludum iocumque Gallicas deprimeret. Galli non numero sed virtute censentur. hinc feroces exercitus saepe ab his expugnatos videas, hinc etiam terrestres copias in spem victoriae erectas ob superantem multitudinem deletas attritasque. eant nunc qui retro temporum ministros laudibus in coelum extollunt. Tu, CARDINALIS EMINENTISSIME, cum fasce armorum plures vinces quam alii explicatis armis. Tu vivida mente Tua et sagaci consilio regi Christianissimo, quem iam populi pene omnes adorant, plures triumphos parabis quam alii vi manique. perge modo rei publicae litterariae prodesse et litteratis hominibus favere, sine quibus virorum illustrium facta, statim atque animam deposuerunt, intercidunt, et cum corpore magnae quoque animae extinguuntur, dum silentur.

EMINENTIAE TUAE

addictissimus

CAROLUS ANNIBAL FABROTUS.

AD MAGNIFICUM ET GENEROSUM VIRUM,
D. ANTONIUM FUGGERUM,
KIRCHBERGAE ET WEISSEHORN DOMINUM,

Caesareae Maiestati a consiliis etc.

IN NICETAE ACOMINATI CHONIATAE HISTORIAM
HIERONYMI WOLFII PRAEFATIO.

ZONARAM Tuum, Vir amplissime, CHONIATES sequitur, homo sua aetate non tantum magnis dignitatibus ornatus, sed etiam ingenio et multiplici doctrina praestans, et veritatis historiae, ut mihi videtur, ubique studiosus, ordine aptissimo et lectoribus utilissimo; qui ordo cum sequentia iis quae antecessere adiungat atque annectat, historiae quoddam quasi corpus absolvit et in suo genere homines eruditos reddit, hoc est, a vulgo mortalium distinguit. multos sane invenias, qui etsi a litteris alieni, tamen acumine ingenii, facundia, usu rerum, doctissimis viris, sed vel natura tardioribus vel in hominum frequentia minus versatis, etsi omnem aetatem in optimarum artium studiis contrivere, praeferrantur. quodsi ad illam naturae felicitatem et multiplicem experientiam accuratior et methodica institutio accessisset, quid cum illorum excellentia comparari posset? nunc laudibus eorum tantum decedit quantum accuratior institutio illis addidisset. neque enim falso dicitur artem, quae est ingenii veluti rudis speculi quasi expolitio quaedam, certiores esse duces quam naturam, atque etiam uberiores. nam qui nullis cruditiois admuniculis sustentantur, temere plerumque feruntur et extra limites, quo animi aestus rapit, evagantur: docti a certis

initii ad metas ordine progrediendo, statim in promptu habent quae ad rem pertineant. illi multa, hi pleraque scitu digna tenent: illi fragmenta quaedam et quasi disiecta membra consecretantur, hi solidum quoddam et suis numeris absolutum humanae cognitionis corpus complectuntur. quas ob res ego perbeatos eos esse iudico, quibus et ea voluntas contigit ut cupiant, et eae facultates suppetunt ut possint, citra impedimentum, ab ineunte aetate usque ad id tempus quod rebus gerendis aptum est, philosophari, ac tum demum agendi solertiam cum veritatis contemplatione coniungere, animis in caelos et ipsum deum, corporibus in humanae societatis conservationem intentis. haec mihi vita vere humana et potius divina semper visa est, et omnibus iis voluptatibus quae cum brutis animantibus fere communes sunt praeferenda. in quo assentiri mihi et ex doctis et ex indoctis optimum et prudentissimum quemque, imo me potius cum illorum sententiis congruere, constat. nec Tuum hac in re, ut et in caeteris, praeclarum iudicium, quod et tota FUGGERANA familia magno consensu sequitur et cordati omnes summe probant, obscurum est; qui filios Tuos ingeniorum et corporum vigore praestantes ab ipsis prope cunabulis usque ad inventutis initium a doctissimis praeceptoribus, in celeberrimis quibusque Europae gymnasiis, severa disciplina moderandos optimarumque artium et linguarum cognitione imbuendos curaris. quibus illi de causis se non minus Tibi debere, qua pietate ac prudentia sunt, profitentur, quam quod vitam et maxima quaeque ornamenta felici quodam fato abs te acceperunt; qui verus non tantum corporum sed etiam animorum pater esse voluisti, nec genuisse contentus utrisque ea suppeditasti in quibus humana felicitas consistit. ut autem terrena corpora terrae frugibus aluntur, sic caelestis et divinus animus suum pastum habet eruditionem. quam a vulgi fece, hoc est a pessimo et stultissimo quoque, contemni ac derideri non est mirandum, cum quod de re ignota nihilo rectius statuere possunt quam caecus de coloribus pronuntiare, tum quod vitii atque ineptiis semidoctorum quorundam aut corruptorum hominum rem praeclarissimam metiuntur. nam quid est aliud eruditio nisi amplissimum quoddam et instructissimum

amphitheatrum humani ingenii et experientiae multiplicis? ad quod exornandum et locupletandum non tantum omnes nationes, omnes homines, omnes aetates stipem suam contulerunt, sed etiam dei immortalis liberalitas multa auctaria adiecit, iis rebus partim arcano afflatu partim per insignia miracula revelatis, quas obtusior humani ingenii acies perspicere minime potuisset. cum autem RATIO ATQUE ORATIO multo magis quam forma corporum hominem distinguat a belluis, et veritatis solida cognitio et diserta explicatio sit eius proprium munus, quid aliud est philosophari quam in eo elaborare ut vocabula cum rebus consentiant, et ut ii simus qui dicimur, homines? complector autem philosophiae nomine tantum quantum ipsius significatio complectitur, studium atque amorem sapientiae; quae rerum divinarum et humanarum causarumque quibus eae res continentur scientia definitur. quam immensitatem cum solus deus rerum omnium opifex teneat, solus ut boni, ita et sapientis nomen iure sibi vendicat. homines autem sapientiae et virtutis amantes ac studiosos esse nihil vetat; quo amore ac studio quo quisque longius progreditur, eo propius a caelestibus geniis abest, quia ea re beatissimi habentur, quod ipsum deum, omnis bonitatis et sapientiae fontem, iugiter cum ineffabili gaudio intuentur (neque alia piorum beatitudo post hanc vitam fore haud abs re creditur); quo propius resistit, eo minus dignitatem suam et excellentis naturae munera tuetur. quis vero ea sit arrogantia, ut suum unius ingenium tantum esse putet, ut eo contentus omnia veterum inventa et experimenta, litterarum monumentis consignata, aspernari queat, ac non potius ex infinita copia optima quaeque et ingenio suo vitaeque instituto aptissima perscrutetur? nam ut unus excellat, aut saltem cum mediocri successu laboret in omnibus, vix ac ne vix quidem fieri potest. ac plerosque vel rei familiaris angustiae vel ingeniorum tenuitas in certum quoddam studiorum genus, velut in carcerem aut ergastulum, abstrudunt. quibus autem dei optimi maximi benignitas ea et animorum et fortunarum subsidia concessit, ut in nullius magistri verba iurare coacti libertatem suam inviolatam retineant, profecto eo beatiores erunt quo plurium et meliorum rerum co-

gnitionem coegerint, in variis linguis atque auctoribus dissipatam. id autem difficile ei non erit, qui linguae Graecae ac Latinae mediocri usu instructus methodo se assuefecerit et artium optimarum fundamenta fideliter iecerit. ac est in ea re sane difficultatis et molestiae nonnihil. sed ubi ex illis artium angustiis in liberrimum optimi cuiusque scriptoris campum eluctatus fueris, vere id apparebit quod a quodam sapientissimo viro dictum est, sive is Socrates sive Isocrates fuerit (nam utrique ascribi video, et proclivis error est in unius litterae discrimine), radices eruditionis amaras esse, fructus vero dulcissimos. radicibus autem comparantur linguarum et artium methodi, fructibus varia lectio. qui ut sine radicibus nulli essent, ita eruditio pertenuis est, quae non certa ratione ac via a primis initiis ad summum usque fastigium constanter ascendit ac perpetuum sibi commentarium parat. quod enim supra etiam attigi, doctrinae omnis laus in artium methodis atque in eo vertitur, quod, quoad fieri potest, quicquid ad eandem rem pertinet, contrahit, et ex variis membris unum corpus integrum componit. eo absoluto lectionis varietas singulis partibus addit ornamenta et amplitudinem quandam conciliat. quodsi haec similitudo minus placet, homo studiosus diligenti patrifamiliae comparetur; qui, ut ille agrorum suorum proventus et domestica instrumenta in horreis et certis quibusdam cellis reponit, ut cum usus postulat, statim ad manum sint, ita ipse, quicquid vel cogitatione vel lectione vel auditione per omne tempus aetatis (neque enim ulla sapientiae studio meta praefigenda est) consecutus fuerit, statim in illas artium classes, si non stylo aut calamo, saltem animo et recordatione reponat, et ad regulas illas a doctissimis hominibus traditas exigat, acri iudicio semper interposito, ne quod quisque dixerit aut scripserit aut ipsi etiam in mentem venerit, oraculum esse putet (nam homini docto turpissimum fuerit, ut Graeci eleganter dicunt, *ἀβασανίστως παραδέχσθαι τὴν πίστιν τῆς ἀληθείας*, hoc est opiniones consecrari nudaque auctoritate niti), sed tantum cuique credendum esse statuat, quantum aut firmis rationibus aut probabilibus coniecturis persuadere possit, in caeteris assensum cohibeat et sustineat, donec ipsum tempus scrupulum sustu-

lerit. sed ne memoria lapsus esse et ab instituto non certo consilio deflexisse sed per oblivionem aberrasse videar, ad Choniatem redeo; quem ordine aptissimo et prudenti Tuo consilio Zonarae adiunctum esse dixi. nam quo in loco ille Annales suos finivit, in Alexii Comneni videlicet obitu, eo in loco hic suam historiam auspicatur, res memoratu dignas, quae in Byzantino imperio annorum circiter 86 spatio acciderunt, complexus. atque utinam alius Graecus extitisset, qui ab hoc auctore et Chalcondyle praetermissa pari facundia prosecutus esset. maior enim est Choniatae copia et diligentia lectioque iucundior quam Zonarae. cui una brevitatis necessario proposita fuit, quod alioqui opus in immensum excrevisset. idque vel ex eo apparet, quod heroina eruditissima, Anna Caesarissa, imperatoris Alexii filia, de rebus gestis patris sui libros 20 scripsit, qui adhuc in Augustanae rei publicae bibliotheca extant, cum Zonaras vitam illius paucis foliis perstrinxerit. ut autem brevitatis memoriam iuvat, ita fusiores narrationes plus delectationis habent, in magna praesertim varietate rerum et subitis fortunae commutationibus; quae non multis annis plurimae, eaeque mirabiles ac potius miserabiles, praeter expectationem Graecos, quos hic scriptor Romanorum appellatione honestat, oppresserunt, crescente in dies Persarum sive Turcorum (nam recentiores promiscue his vocabulis utuntur) potentia; quorum grassationes et Christianorum principum desidiam ac perversitatem tanta doloris acerbitate Choniatas saepius deplorat, ut eum ab omnibus qui rei publicae partem aliquam attingunt, nostris temporibus legi summopere expediat, si forte Germanorum animi, quorum fortitudo et pietas in recuperanda Syria et terra sancta laudibus egregiis hoc scripto ornatur, clarissimis exemplis Conradi et Friderici imperatorum saltem ad tuendam patriam, hoc est vicinas Pannonias, excitentur. nunc enim non de laude et gloria laborandum, sed de aris et focis pugnandum esse apparet. quod quo minus fiat, nulla res aequae in causa est atque dissensiones. Graecos, praeter intestina bella ex ambitione fere orta, voluptatum studium et ignava monarchia perdidit: nobis temeraria bellandi cupiditas et discors ac inquieta polyarchia id minatur, quod absit ut ex-

periamur. et facile cavremus, nisi fatali quadam siderum impressione animis atque auribus a sanis consiliis plerique abhorrent. imminuta quidem est, et veluti laeta seges tristi lolio corrupta, vetus nostrae gentis integritas; quod exterarum nationum quodam quasi contagio accidisse videtur, quarum mala cum nostris coniunximus, cum peregrinationum is finis esse debeat, ut innatis et consuetudine inolitit vitiis abiectis aliorum virtutes asciscamus, eorumque prudentia et humanitate ad omne genus officii et laudis erudiamur. sed si caetera spectemus, nunquam Germania viris armis opibus consiliis fuit instructor; quas res propter discordiam non in hostium detrimentum sed in patriae exitium detestanda crudelitate, ne dicam insania, convertimus. quae cogitatio cum in huius historiae interpretatione subinde meum animum feriret, et haud dubie cordatiores quoque lectores extimulatura sit, non temperare mihi potui quin hunc locum, quem omnium animis atque oculis semper obversari utilissimum fuerit, obiter attingerem. nunc de hoc opere dicendum est; quod etsi labore non multo minore, longe tamen maiori cum voluptate converti, propter historias mihi antehac fere incognitas et planius ac fusius orationis genus. in quo tamen immodicam nescio cuius insolentis elegantiae affectationem non semper sequendam mihi duxi, quod quicquid eius generis est, non ipsius auctoris scriptum sed paraphraetae et aemuli alicuius assumptum esse videtur. contuli enim hic quoque duos codices cum eo quem amplitudo tua Cpoli ab Alexandro Chartophylace comparavit; atque operam dedi, ut ex ea collatione opus hoc quam integerrimum cderetur, et Graeca itidem ut in Zonara nostro factum est cum Latinis coniungerentur. quamvis enim Graeci sermonis puritas et proprietas cum exterarum nationum commercii tum otiosorum hominum ineptiis corrupta est, nec fieri nequit in hoc scriptorum genere ut interpretis non indocti nec indiserti oratio ipsi auctori praeferatur, tamen nec eum ego me interpretem profiteri ausim, et Graeca lingua, qualiscunque adhuc, nescio quem genium retinet ac ubertatem Latinis inimitabilem. testimonio sunt omnes fere disciplinae, quarum vix ulla est quin et e schola Graeca se pro-

diisse vel ipso nomine fateatur, et si Graecas voces sustuleris, saepe obmutescat. quo minus ii ferendi sunt qui Graecam linguam ut supervacaneam aspernantur. quod utique non facerent, si quam pauci fideles et docti interpretes sint intelligerent. aliis deest alterius utrius, aliis utriusque linguae cognitio, aliis fides et diligentia, nonnullis universa haec, non tam fortasse malitia et contemptu iudiciorum (quae extrema esset amentia) quam calamitate quadam temporum nostrorum et praestantium ingeniorum neglectu, quibus fortuna plerunque minus favet quam iis quorum minor est industria et obtusior acies animorum. itaque pedibus in eorum eo sententiam qui Graeca cum Latinis coniungenda esse censeant, siquidem Graeca seorsim parum vendibilia sunt aetate nostra, quae propter ambitionem avaritiam et bellandi cupiditatem ad pristinam barbariem magno impetu ruit. nam Latini et Graeci sermonis proprietate et puritate amissa contemptaque philosophia et politiori litteratura neglecta, ut coram cernimus, non obscurum est quid impendeat. praeclare scribit Isocrates, quem in hac parte Aristoteles, ut mihi videtur, quippe natu grandiozem, aemulatus est, et ego admirari non satis possum, virtutes singulas in medio binorum vitiorum, quorum alterum citra resistat, alterum longius quam par sit progrediatur, esse collocatas. et recte apud Ovidium *Medallus* ait filio, „medio tutissimus ibis.” quod utinam tam a theologis iurisconsultis et medicis quam ab humaniorum litterarum cultoribus observaretur; quorum alteri se rebus inhaerere, alteri dictionis elegantiae se studere profitentur: quasi vero aut vocabula propter explicationem rerum non sint inventa, aut corpus egregium, hoc est res praeclaras, cuiusmodi in sublimibus illis disciplinis tractantur, non munda et ornata vestis, hoc est pura et limata deceat oratio. duplicem profecto laudem merentur, qui res optimas, si non eleganti et splendido, at puro et deserto sermone proponunt. cuiusmodi viros nostra aetas plures cum insigni gloria tulit quam posteritas habitura videtur, nisi aliam rationem studiorum inierimus. sed quid ego censuram in re publica litteraria mihi sumo, cum ipsi mihi diversissimorum ingeniorum censura sit subeunda? movit me tamen iustus fortasse dolor in hanc



ΝΙΚΗΤΑ ΧΩΝΙΑΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΑ.

Nicetas Choniates.



ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΛΟΓΟΘΕΤΟΥ
ΚΑΙ ΕΠΙ ΤΩΝ ΚΡΙΣΕΩΝ ΓΕΝΙΚΟΥ ΚΑΙ ΕΦΟΡΟΥ
ΚΥΡΟΥ ΝΙΚΗΤΑ ΤΟΥ ΧΩΝΙΑΤΟΥ
ΧΡΟΝΙΚΗ ΔΙΗΓΗΣΙΣ

ΑΡΧΟΜΕΝΗ ΑΠΟ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΤΟΥ ΚΟΜΝΗΝΟΥ
ΚΥΡΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ *).

*) Τοῦ μεγ. — Ἰωάννου Α cum codice Paris. Reg.: τοῦ λογο-
θέτου τῶν σεκρέτων καὶ ἐπὶ τῶν κρίσεων, γεγονότος δὲ καὶ
ἐφόρου καὶ κυρίου τοῦ βήλου καὶ προκαθημένου τοῦ κοιτῶνος,
κυρίου Νικήτα τοῦ Χωνιάτου, ἱστορία ἀρχομένη ἀπὸ τῆς βα-
σιλείας τοῦ βασιλέως κυρίου Ἰωάννου τοῦ Κομνηνοῦ τοῦ υἱοῦ
κυρίου Ἀλεξίου edd PW.

NICETAE CHONIATAE
LOGOTHETAE SECRETORUM
INSPECTORIS ET IUDICIS BELI, PRAEFECTI CUBICULI,
HISTORIA,
QUAE AB IMPERIO IOHANNIS COMNENI, ALEXII FILII,
INCIPIT.

FABROTI BREVIARIUM.

*Præfatio laudes historiae et Nicetae in hac contextenda con-
siliium proponens.*

DE IOHANNE COMNENO.

*Iohannes Comnenus ab Alexio patre, matre aversante, imperio de-
stinatur. ut imperium firmarit (2). eius initia, amici et consilarii,
cognati ad Bryennium Comneni adrorium deficiunt. coniuratos tractat
clementer Comnenus, Annæ sorori per Aruchum reconciliatur, Irenem-
que matrem sibi reddit propitiam (3). Iohannis Comneni expeditiones
contra Persas. Scythas arte profligat (4). Triballos debellat. filios
multa caritate prosequitur. Hunnos adoritur et pacem petere cogit.
deinde traducto in Orientem exercitu de Persarmaniis debellatis trium-
phat (5). Gangram expugnat et amittit. in Ciliciam movet. Bacam
munitissimum castellum oppugnat. monomachia Constantini Armenii*

FABROTI

et Eustratii Macedonis (6). *Baca vi capitur. Anabarsas expugnatione. in Coeleisriam proficiscitur Comnenus, et cum Antiochenis inicit amicitiam. Pisaeos ad deditionem cogit, et variam Martis aleam experitur (7). Sesserim urbem obsidet, quae pecunia incolumitatem redemit. Persarum insidias repulsat (8). Isaacius Comnenus fratri Johanni reconciliatur. novae expeditiones in Persas. militum indignatio et imperatoris magnus animus. expeditio contra tyrannum Trapezuntinum, et praeclara in Persas belli gesta. Manuelis Comneni filii egregium facinus ad Neocaesaream (9). Iohannis Isaaci filii a patre imperatore ad sultanum defectio; unde non exigua incommoda. Christianos quosdam perduelles imperator debellat, et calamitatibus domesticis premitur (10). Antiochenae expeditionis malum consilium. violatas urbis dat poenas Comnenus, in venatione venenato suo telo vulneratus unde plaga immedicabilis. de eiusdem obitu oracula (11). Iohannis Comneni morituri oratio ad cognatos amicos et magnates. Manusem Isaacio natu maiori praefert et successorem nominat. ab omnibus Manuel imperator salutatur. Iohannis Comneni obitus et elogium (12).*

DE MANUELE COMNENO.

LIB. I. Manuel Iohanni Comneno patri succedens Isaacium fratrem natu maiorem in monasterio includit, et seditionis ansam praecedens a Byzantinis ob animi et corporis dotes eximias cupide suscipitur (1). A Michael patriarcha diademate ornatus, et cum fratre reconciliatus, in Persas movet semel et iterum. uxorem duxit Alemannam quandam, egregia forma et heroico animo mulierem, quam negligit incestu pollutus (2). Iohannem Hagiotheodoritem imperii cancellarium et Iohannem Puzenum (cuius tenacitas sordida, inhumanitas item et avaritia describitur) supremum quaestorem constituit. Hagiotheodorites a Theodoro Stypiota loco pellitur. Manuelis virtutes, quae paulo post immutantur (3). Conradi Germanorum imperatoris expeditio Hierosolymitana. Alemannorum legatus Manuel benigne respondet, sed clam insidiatur; et Graecorum legiones Alemannicum exercitum, Philippopolitani episcopi aulica facundia circumductum, comitari iubet (4). Alemannorum et Graecorum dissidia. exercitus Conradi incommoda, quem Graeci ferro fraude veneno, Manuelis insu et exemplo, persequuntur (5). Turcas hostes infensissimos Germanicus exercitus adoriri constituit. Conradi ad milites pia et acris oratio. strenua pugna et illustris victoria de Turcis reportata (6).

LIB. II. Rogerius rex Siciliae Corcyram occupat, Acarnaniam Aetoliam et oram maritimam vastat, Boeotiam Corinthum diripit, Acrocorinthi arce recepta (1). Manuelis expeditio contra Siculos. Corcyrae oppugnatione, et Contostephani magni ducis interitus (2). Comnas patriarcha ob vaticinium de Contostephani interitu pridem obitum dignitate exiit. Contostephano succedit magnus domesticus (3). Ligneam turritam scalam Manuel in Corcyrenses obsesos exstruit, quam Papaces et alii CCCC consecrunt. fracta autem scala plerique perierunt: Papaces autem mirabiliter evadit (4). Seditione cruenta inter Graecos et Venetos, qua aegre sedata et exortibus reconciliatis oppugnatur demum Corcyra et tandem deditione recipitur (5). Manuelis irrita in Siciliam expeditio. Serviam populantur. Michael Palaeologus rem gerit feliciter adversus Siculos (6).

BREVIARIUM.

In Servios et Hungaros expeditiones Manuelis et triumphus, cum Scythis Calamannus male pugnat. Alexius Bryennius, Iohannes Ducas et Constantinus Angelus a Siculis capiuntur (7). Manuel cum Rogerio Siculo pontificis Romani hortatu pacem init: sed paulo post mutuae inimicitiae recrudescunt (8).

LIB. III. Manuelis Hungarica expeditio. Hunnicas grassationes (1). Andronici et Manuelis incestus. Andronicus affinium insidiis in carcerem coniectus elabitur uxoris opera: sed in itinere interceptus reducit in custodiam (2). Ludicras pugnas equestres Antiochiae Manuel instituit. eius copiae dimissae cladem a Turcis accipiunt (3). Theodorus Stypiotes ob Camateri logothetae calumnias occaecatur. expostulatio Nicetae cum divina providentia. Camateri logothetae mores, bibacitas et voracitas (4). Manuelis secundae nuptiae. Nicetae expostulatio cum deo de Turcicis grassationibus. Iconiensis sultani et Cappadocis toparchae dissidia: sultanus ad Manuelem confugiens magnifice excipitur. terrae motus apparatus eorum turbat. Agareus quidam, novus Icarus, suae temeritatis luit poenas (5). Clyzasthlanes Iconii sultanus ingentibus donis a Manuele adfectus, Iconium reversus fidem fallit, et Manuelis subditos verat atque oppugnat (6). Fucata sultani et Manuelis amicitia; unde vastationes et clades mutuae (7).

LIB. IV. Manuel affinem Stephanum, Hunnorum regis fratrem, frustra Pannoniae regem facere conatur: nam Stephanus ab Hunnis veneno tollitur, quibus Manuel bellum indicit (1). Andronicus semel et iterum mirandis artibus vinculis elapsus tandem Manueli patriuelli reconciliatur (2). Michaelis Branae ingenitus. Manuelis Pannonica expeditio, et Zeugmini oppidi recuperatio, in qua variae belli facies (3). Deses Serviae despota cogitur ad obsequium. Alexius Hungarus, Mariae Manuelis ex Alemanna filiae maritus, imperio destinatur. Andronico refragante, qui cum Toruse Armenio infeliciter bellum gerit (4). Andronicus ob illicitis cum Philippa imperatricis sorore et Theodora Balduini vidua amores Manueli exosus, varia agitur fortuna, cum tribus liberis et Theodora ad sultanum Chaldaeum confugit (5). Manuel princeps sollicitus et suspicax Alexium protostratorem virum innocentem ad cucullum induendum adigit, unde Manueli in Alexium malus animus (6). Aaron, Sclerus, Sicydites, insignes nebulones, ob magiam perfidiam et calumnias excaecati; et Aaroni postea Isaaci Angeli iussu lingua execta. Manuel cum magna omnium gratia et laude nova castra in Asia condit (7).

LIB. V. Manuel ex duabus statuis altera erecta altera eiecta, bello Hungarico Andronicum Contostephanum praescit, et victoriae omen ex Hungari lapsu arripit. Pannonii se ad bellum accingunt (1). Andronicus neglecta Manuelis superstitione astrologica milites ad pugnam hortatur (2). Utriusque exercitus dispositio. pugna: victorium penes Andronicum, qui fama territus Istrum traiecit. Manuel autem de Pannoniis superatis triumphat (3). Contra Servios Manuelis expeditio; item contra Aegyptios, Amerigo Hierosolymorum rege auxilia pollicente (4). Amerigus pedem refert: nihilominus tamen Tamiathum obsidet Andronicus, et variis modis oppugnat (5). Fraude Amerigi Andronicus Tamiathi expugnatione frustratus, milites ad oppugnationem redintegrandam hortatur (6). Tentata expugnatio Amerigi dolis irrita redditur, et Graeci Tamiatho domum redeuntes naufragio fere omnes pereunt. Sarraceni pacem cum Manuele firmant (7). Nascitur Manueli filius Alexius, imperator desi-

FABROTI

gnatus. *Manuelis gener Pannoniae regnum occupat, et marchionis Montisferrati filio Mariam filiam dat uxorem* (8). *Manuelis cum Venetis controversiae, bellum et pax sancita* (9).

LIB. VI. *Sultatum Persicum Manuel adoriri constituit, Dorylaco et Subleo instauratis: se ad bellum aperte accingit* (1). *Manuel spreto sultani pacem petentis legatione superbiae suae dat poenas, temerarium iter ingressus, in quo insigni clade afficitur* (2). *Capitalia Manuelis pericula, quae aegre superat, multis suorum millibus et illustrissimis quibusque cognatis desideratis* (3). *novae caedes, ex quibus elapsus Manuel et ad legiones accedens conviciis acerbissimis pungitur, quae patienti silentio obruit* (4). *Ignavissimum Manuelis de clandestina fuga consilium a gregario milite arguitur. sultanus ultro Manueli pacem offert; unde Graecorum exercitui salus. Nicetae de somnio Manuelis et Mauropuli ante infelicissimam illam pugnam narratio* (5). *Pace sancita Graecos Persae nihilominus infestant. Manueli condicionibus pacis haud satisfaciendi sultanus bellum infert* (6). *Manuel per legatos sultani exercituum praeda onustum caedit et ad interuentionem delet* (7). *Alia Manuelis expeditio in Persas cum infelici eventu. Turci Claudiopolin a Manuele protectam frustra oppugnant* (8).

LIB. VII. *Manuelis in Fridericum Caesarem et Occidentale imperium dolosae artes. Anconae obsidio et propugnatio* (1). *Nicetae de Manuelis consilio iudicium. Manuelis rapacitas, profusiones et inconsulta in ignotos benevolentia; unde maxima rei publicae lates* (2). *Aedificia et luxus Manuelis, austeritas item in monachos, quos ad rigidiorum instituti sui professionem revocat* (3). *Negligentia eiusdem circa disciplinam militum, quos nimia licentia reddidit deterrimos* (4). *Aula et militia perturbatis animum curiose ad theologiam applicat, de praecipuis doctrinae Christianae articulis temerarie definiens* (5). *Insanit deinde circa Machometis blasphemias, quas doctis et piis viris nequicquam reclamantibus edicto confirmat* (6). *De Manuelis interitu praesagium observatum dignum. in monastico habitu, ab astrologis dementatus, moritur. successor, imperii tempus, et sepultura eiusdem* (7).

DE ALEXIO COMNENO MANUELIS F.

Puerilis aetas Alexii, Manuelis filii et successoris, aulicorum item improbitas imperium Graecorum pessundat (1). *Andronicus Comnenus, sequentium tragoediarum pars maxima, cum Manuele reconciliatus Oenacum ablegatur, ut in otio post longinquos errores se recrearet* (2). *In solitudine sua Andronicus imperii occupandi cudit consilia* (3). *Maria Caesarissa, Alexii pueri imperatoris soror, Alexii protosebasti, qui in aula rerum potiebatur, potentiam aegre ferens coniurationem iniit* (4). *Consilio suo frustrata seditionem concitat, Byzantini populi favore adiuta* (5). *Seditionis a Mariae concitatae effecta. protosebasti conatus. pugna cruenta* (6). *Mariae maritus suos ad pugnam instaurandam hortatur, et impetum facit in protosebasti milites. patriarchae Theodori auctoritate pax restituitur* (7). *Ignominiosi huius belli detestatio. patriarcha dolis protosebasti loco movetur, et paulo post restituitur* (8). *Andronicus aperte imperium affectat. protosebastus imperatricis favore innixus, quos et quibus potest modis sibi conciliat et Andronicus reddidit adversarios. Andronicus autem viribus haud destitutus in instituto pergit* (9).

DREVIARIUM.

Prothesebasti classis contra Andronicum. Xiphilini legati, magni ducis et aulicorum fere omnium ad Andronicum defectio (10). Cpolitianarum rerum mira conversio. prothesebustus in vincula coniectus excaecatur. Latini seu Franci urbe pelluntur (11). Futurorum praesagia. patriarchae cum Andronico congressus et colloctiones (12). Andronici cum imperatore Alexio et matre eius congressus. mendicus in Andronici gratiam a plebe vivus exurit ad Manuelis sepulcrum Andronicus qua fronte et voce accesserit (13). Suo arbitratu rem publicam Andronicus administrat. in nobiles quosque grassatur, Iohannem Cantacuzenum excaecat. Mariam Caesarissam eiusque maritum veneno tollit (14). Alexii et Irenes Andronici nothorum incestuae nuptiae. Theodosius patriarchatu cedit, et successorem habet Basilium Camaterum (15). Sultanus Iconii in Oriente grassatur. magnus domesticus Iohannes Comnenus arma movet in Andronicum, cuius exercitum fundit et fugat. Iohanne mortuo eiusdem filii in Andronici manus incidunt et excaecantur. Alexius puer coronatur (16). Andronicus imperatrici struit insidias. in Andronicum coniuratio facta detecta et excaecatione multata. imperatricis miserabilis interitus (17). Consiliariorum et aulicorum ignavia summaque improbitate Andronicus imperator designatur salutatur, et Alexio puero, Manuelis filio, praefertur, qui paulo post ab Andronico non tantum imperio sed et vita crudeliter spoliatur (18).

DE ANDRONICO COMNENO

LIB. I. *Alexii elogium. huic succedit Andronicus Comnenus, qui iam provectae aetatis sobrini sponsam adolescentulam nondum XI annos natam uxorem ducit. pontificis adulatorem deludit et merito praemio donat. Lapardas, vir bellicosus, ab Andronico deficit, sed interceptus erutis oculis in monasterium conicitur (1). Relaxatis curis Andronicus ad Nicacam obsidendam proficiscitur. oppugnationis varii eventus (2). Theodori Cantacuzeni interitus. Isaaci Angeli segnities, Nicolai pontificis pavor fuit occasio Nicacae deduculae. in oppidanos saevit Andronicus, et Isaacium comiter excipit (3). Prusae excidium, et in Prusacensibus Andronici crudelitas. Angeli Theodori excaecatio, nobilium multorum supplicia. Andronici in theatro periculum (4). Isaacius Comnenus Cyprium occupat et in ea tyrannum agit; unde Andronico mitus (5). Macroducas Constantinus et Ducas Andronicus, Andronici familiares et consiliarii, mira quadam ratione ultimo afficiuntur supplicio. populi affectus sub illa tyrannide, cui Andronicus legum auctoritatem praetexit; et paulo post Sebastianos fratres laqueo suffocat (6). Alexius Comnenus, Manuelis ex fratre nepos, Siciliae regem in Graecos concitat. Dyrrachium et Thessalonicam Siculi occupant. Thessalonicensium urbe dedita miseriae (7). Siculorum grassationis horrendae in Thessalonicenses, qui domi se continebant (8). Eorundem immanitas in miseros, qui aedibus relictis per vicus vagabantur et in plateis considebant. insolentia in eos qui religionis ergo conveniebant in templis. Eustathius Thessalonicae episcopus sua intercessionem cives sublevat (9). Andronici crudelitas in Irenem filiam notham, eiusdemque maritum: corruptorum iudicum qui coniugium istud probaverant insectatio. Mamalus scriba crudelissimo ignis supplicio affectus (10). Pispatus Georgius, magni templi lector, conicitur in vincula. Tripsychus Constantinus diligentissimus 131 annidibus An-*

FABROTI

dronici minister, volubili quadam rerum vicissitudine eversus excaecatur (11).

LIB. II. *Andronicus Siculis victoribus parum feliciter resistit* (1). *Eiusdem apparatus ad Cpolitanae urbis, quam obsidere cogitabant Siculi, defensionem. negligentia, luxus, satellites, canis, crudelitas Andronici* (2). *Contra eiusdem praeclarae quaedam virtutes proponuntur, nempe benignitas in pauperes et rei publicae cura* (3). *Gravis oratio Andronici de imperatorum negligentia* (4). *Severitas Andronici naufragorum incolumitati consulit. alia memoranda in rei publicae commoda ordinat. aequus est subditis, eorumque oppressores multat. doctorum amans, sed disputationibus de religione infensus* (5). *Saturnina Andronici statua. imagines imperatricis quam suffocaverat cur transformaverit. templum XL martyrum instaurat, et exiliis suis gloriatur* (6). *Crudele Andronici consilium de tollendis omnibus seditiosorum cognatis. universae eorum familiae condemnantur* (7). *Edicti crudelis exordium et summa eiusdem exagitatio. Manuel Andronici filius edicto refragatur* (8). *Impietas Andronici ad Engastrimythos daemones servos abeant, ut successorem nosset. mali genii oestro percitus malum imminens minime videt* (9). *Hagiochristophorita dum Angelum Isaacium occidere studet, occiditur: Isaacius autem in templo supplex populum concitat* (10). *Seditionem comprimere dum studet Andronicus, accendit. Iohannes Ducas frustra ambit imperium: nam Isaacius Angelus imperator designatur; unde Andronici fuga* (11). *Palatium a plebe direptum: captivitas Andronici, qui miserabiliter exagitatus a plebe Cpolitana atrocissimis cruciatibus occiditur* (12). *Andronici elogium, vaticinium, sepultura, et de eiusdem interitu vaticinium* (13).

DE ISAACIO ANGELO.

LIB. I. *Commoda Isaacii Angeli initia. expeditio contra Siculos. Andronici filii excaecantur. Siculi exercitus socordia* (1). *Branas Isaacii legatus profligat Siculos, quorum duces capti et terrestri exercitus misere dissipatur. Alexius Comnenus belli fax captus excaecatur* (2). *Siculae classis calamitates. Isaacius Siciliae regis iustam petitionem contemnit, duces captivos coniecit in carcerem, deinde educit et pro se orantes audit* (3). *Benevolentia Isaacii in duces, captivos et alios quoscunque dictis testata, quibus facta minime respondent. Clizasthlanis sultani grassationes. secundae nuptiae et sordes Isaacii. Mysorum seu Blachorum defectio* (4). *Calamitosa in Cyprum expeditio adversus Comnenum Isaacium, cuius mandato Rentacenus Basilius crudeli supplicio efficitur. Blachos a furiosis et daemoniacis ad bellum concitatos Isaacius Angelus sua negligentia confirmat* (5). *Blachicum bellum a ducebus male commissum; et Iohannis Cantacuzeni letalis temeritas. Branas Alexius seditionem movet in Isaacium, imperatorio nomine usurpato; Byzantium obsidet, et cum Isaacii milite ante urbem manus conserit; et per piscatores Propontidis imperatoriam classem fatigat* (6). *Conradus Caesar Montisferrati marchio Isaacium nutantem confirmat, et non modo precibus verum etiam ensibus hostem repellendum esse docet. Isaacii ad milites hortatoria oratio* (7). *Inter duos exercitus certamen. Branas a Conrado interficitur. Constantini Stethati astrologi interitus* (8). *Branas capti et uxori Isaacius victor insultat; seditiosis ignoscit, et ut sacri-*

BREVIARIUM.

ficulus irridetur (9). Suburbana Byzantii aedificia diripiuntur et incenduntur. opifices Latinorum aedes direpturi male mutantur, sed pro meritis. Latinorum solers commentum (10).

LIB. II. *Isaacii Angeli in Blachos expeditio. Conradi Caesaris in Palaestina interitus. ideo de Chaviorum audacia narratio. Graeci a Blachis caeduntur, et Isaacius pedem referre cogitur (1). Theodori Mangaphae imperium affectantis defectio. is a sultano proditus conuicitur in carcerem (2). Friderici Barbarossae in Palaestinam expeditio. legati vaccordes Fridericum et Isaacium committunt. Armeniorum et Alemannorum in religione consensus (3). Mutationes variae in ecclesiastico statu tunc temporis, et Isaacii astutiae in his mutationibus descriptae (4). Protostrator Friderico frustra insidiatur. Graeci fugantur ab Alemannis, qui inconstantiam superbam Isaacii experiuntur et derident (5). Friderici in Orientem traiectus, non aversante Isaacio. Philadelphiensium perfidia et Laodicensium hospitalitas. Turcas perfidos Fridericus maximis damnis afficit (6). Pugna Friderici ad Iconium. Alemannici cuiusdam herois fortitudo (7). Friderici submersio et praetlarum elogium. eiusdem filio mortuo Alemanni rebus infectis domum redeunt. Francorum et Anglorum expeditio in terram sanctam quam vocant (8).*

LIB. III. *Isaacii familia et diurni imperii imaginatio. Pseudalexii seditio et interitus (1). Alterius Pseudalexii et Basilii Chozae crebrae seditiones et exitium. procerum nonnullorum supplicia (2). Clades Isaacii in Blachica expeditione. Hannonem imitatus falsam iactat victoriam. et inanes magnarum rerum imaginationes (3). Blachorum et Scytharum grassationes. Serviorum Papanus victus. Constantinus Angelus repressis Blachis affectat imperium, sed derisus a Batutze et a milite proditus excaecatur; unde Blachis gaudium et Graecorum subsannatio (4). Isaacii vecordia. Theodori Custamonitae potentia et interitus. pueri duo imperatores imperium administrant (5). Luxus et ineptiae Isaacii, atque in aedificiis publicis ac privatis immensi sumptus (6). Eiusdem sacrilegia, avaritia et alia scelera, necnon quaedam virtutes describuntur (7). In Blachos expeditionem suscipit. frustra monetur de fratris insidiis. Basilacius fatuus vates Isaacio excaecationem denuntiat (8). A fratre Alexio Isaacius imperio et oculis privatur (9).*

DE ALEXIO COMMENO ISAACII ANGELI FRATRE.

LIB. I. *Graecorum in Isaacii adverso casu affectus. Alexii parricidae, rovi imperatoris, profusiones, et rei publicae cura posthabita. Contostephani Alexii seditio opprimitur (1). Alexius a cunctis per malas artes acceptus in urbem ingreditur infelicis imperii omnia (2). Angeli cognomentum Alexius repudiat, et Sardanapalata agit. Euphrosyna imperatrix virago, sed superba luxuriosa et impudica. Pseudalexii Cilicis seditio et interitus. Isaacii Commeni in seditionis apparatu interitus (3). Blachi condiciones pacis ab Alexio oblatae aspernantur. Asanis de fama et de Alexio imperatore disputatio. Isaacius sebastocrator ab Asane capitur (4). Asani sacrificulus necem praedicit; et paulo post Asan interficitur ab Ibanco (5). Graecos Ibanco in auxilium vocat, sed ab iis nihil adiuvatur. ad Alexium se confert, cui utilem navat operam (6). Persae Graecos bello aggrediuntur, et Dadibram urbem occupant.*

Amerigi, Friderici Barbarossae filii, ad Graecos legatio (7). Alexii responsio, et ostentatio ab Alemannis derisa. ingentem aurum singulis annis persolvi sibi petit Amerigus; inde inter Graecos tributum exactum est quod Alemannicum dicebatur: Alexius autem sepulcra spoliat (8).

LIV. II. Nicetas insultat Amerigo mortuo, illiusque in Siculos crudelitatem exaggerat. Caphures Genuensis pirata a Iohanne Styrione opprimitur (1). Turbae in aula Alexii imperatoris, cuius cognati omnia vendunt. Euphrosyne imperatrix Constantinum Mesopotamitanum evehit: ideo a fratre et genere adulterii accusatur; unde Batatzis nobilis adolescentis proditoria caedes et Alexii factum indignum (2). Alexii irrita contra Blachos expeditio. Euphrosyne in monasterium abstruditur, sed delatorum opera revocatur (3). Constantini Mesopotamitani sacrificuli et versutissimi aulici mirae artes describuntur. in altum sublatus casu graviore ruit (4). Temeritas Alexii in Iconiensi sultano concitando. sultanus oppida quaedam ex improvise capit. Antiochia Phrygiae maximo periculo mire liberatur. sultani in captivos humanitas. Alexii futiles ad bellum apparatus (5). Alexius inconsulte in se ipsum saevit. imperatricis deliberationes de imperii successore. Miscrimus imperii status; et Scytharum in Thraciam eruptio (6).

LIV. III. Alexii contra Chrysum Blachum bellica expeditio, et irrita Prosaci munitissimi castelli oppugnatio. Chrysus ex hoste fit Alexii affinis (1). Scytharum incursio in Macedoniam. nuptiae filiarum Alexii. Ibanci defectio, et in eum expeditio, protostratori Manuelli Camyzi infausta (2). Controversiae inter Graecos de eucharistia, et theologorum variae sententiae (3). Ibancus Alexii periurio deceptus capitur. Euphrosyne imperatrix oppresso Constantiano res futuras profana curiositate investigat. Caichosroen sultanum Alexii frater Iconio pellit (4). Comani a Rossis et Calyza principe Christiano repressi. Calomodii divitis negotiatoris comoedia. Iohannis Lagi tragoedia (5). Iohannis Comnenii Crassi seditio Alexii spoliatio navium et perfidia in Rucratinum. Michaelis defectio. periculum Alexii a naufragio et ruina (6). Eudocia Alexii filia a Stephano Triballo repudiata. Mysi Constantiam et Varuam expugnant. protostrator ad Chrysum deficit. Spyridonacae defectio. Alexius tandem seditiosos coercet (7). Ad cladis Brytanniae descriptionem accedens Nicetas Alexii imprudentiam proponit, qui de Isaacio fratre securus est. Comneniorum fratrum rapacitas et profusiones (8). Veneti multis iniuriis ab Alexio et Comneniis fratribus affecti, Henrici Danduli ducis sui consilio bellum contra Byzantinos parant. Alexius Angelus Isaacii filius cum Veneta classe se coniungit. imperator classem hostilem contemnit, quae in Graeciam vela dat (9). Byzantii obsidio. velitationes Graecorum et Latinorum. incendium Byzantii. Alexius frustra tentatis armis Debellum profugit, imperio spoliatus. eiusdem elogium (10).

DE ISAACIO ANGELO ITERUM IMPERATORE.

Alexio fugato Isaacius excaecatus iterum imperator salutatur, qui fratris fugam Alexio filio et Latini exercitus ducibus denuntiavit. Latinis sacra et profana vix suffieunt (1). Synagogae Sarrarum direptio causa incensae urbis. huius incendii luctuosissimi

BREVIARIUM.

descriptio (2). *Alexius Comnenus relictum imperium frustra repetit. Isaacii et Alexii filii dissidium turpitudine recordia monachorum assentationibus fovetur. Minervae statuam aeream plebs comminuit* (3). *Latini rapinis incendiis ferro grassantur in Byzantinos. Alexius Ducas Murzufus Latinis resistit. seditio contra Isaacium et Alexium Angelos* (4). *Nicolaus Canabus adolescens a plebe invitus imperator inaugurat. Isaacio animam agente Alexius filius sibi consulit. Murzufus astute deicit, et Canabo oppresso vita spoliatur* (5).

DE ALEXIO DUCA MURZUFLO.

Alexii Ducae Murzufli ingenium. locupletibus multatis bello se parum feliciter parat. a Latinis fugatur (1). *Pacificationis conatus irriti. urbis oppugnatio expugnatio et incendium. eques unus Latinus Graecis in fugam vertit* (2). *Murzufli fuga. Theodorus Ducas et Lascaris frustra de imperio contendunt. urbis direptio et sacrilegiorum deploratio* (3). *Latinorum in urbe depraedationes et alia flagitia. eorundem insectatio. Sarraceni Latinis humaniores* (4). *Deploratio urbis prolixè descripta per Nicetam* (5). *Confessio et invocatio. multiplex item consolatio et ad poenitentiam adhortatio* (6).

DE REBUS POST CAPTAM URBEM GESTIS.

Nicetas rationem reddit cur post expugnatam a Latinis Cpopolim Solonis exemplum non sit imitatus (1). *Graecorum cladem nulla prodigia praecesserunt. captae urbis miserrimus status. Nicetae peculiaris condicio* (2). *Miris modis conservatur Nicetas, qui nobilem virginem a raptoris manu prudenter vindicat* (3). *Cum moenibus urbis Nicetae expostulatio et urbis allocutio inaniaque vota* (4). *Nicetae et aliorum exsulum fortuna, populi item et militum licentia describitur* (5). *Inter Duces Latinos sortitio provinciarum nondum subactarum. in comitiis regis sortitionis ritus. Balduinus Flandriae comes Danduli opera creatur imperator. eiusdem elogium* (6). *Balduinus imperium stabilire studet. ad eum Bonifacius marchio defecit, et reconciliatus Graeciam occupat* (7). *Henricus Balduini frater et Petrus Plancius Asianas urbes occupant. Prusae irrita obsidio. Theodorus Philadelphiensis ab Henrico profligatus. marchionis in Graecia grassationes. Leonis Scurii Nauplii tyrannis Michael Choniates Leonem placat* (8). *Scurus Alexii imperatoris filiam Eudociam ducit. Murzufli miserabilis interitus. marchio Graecia potitur. Scurus Acrocorinthum confugit. Alexius imperii insignibus exiit* (9). *Graeci milites a Latinis repudiati Blachorum ope urbes ad defectionem impellunt. Latini Occidentales urbes recuperare satagunt. Graecorum clades ad Arcadiopolim. Adrianopolis obsidio. Latini a Scythis in insidias pellecti a Blachis capiuntur et occiduntur. Dandulus effugit* (10). *Graeci a Scythis et a Latinis vexantur. Mysorum et Latinorum pugna ad Serras. marchio Thesalonicensium defectionem ulciscitur. Alexii relegatio. marchionici denuo a Scythis vincuntur et urbes amittunt. Latini in Thracia grassantur* (11). *Henricus Balduini frater Aprum vi expugnat, Orestiadem frustra oppugnat. Petri Plancii casus. lues et fames obsidionem solvant. Didymotichum Euri exundatione defensum. Graeciae miserrimus status* (12). *Mauzoromes Lascaris et Comnenus in Oriente de imperio contendunt. Philippopolim Blachi, Thraciam Scythae vastant. Latini ad Rusium caesi a Scythis* (13). *Multarum*

urbium Graccarum excidia. Athyrac et aliarum calamitas Iohannes Didymotichum frustra oppugnat (14). Latini Adrianopolitanis et Didymotichinis opem ferunt. Thraciae vastitas a Scythis et Blachis facta. augurium horrorum et cornicum. Graecia in tyrannides distracta. Nicolai archiepiscopi Corinthii interitus (15). Orientis status. Aldobrandinus Pergami tyrannus. Cretam Genuenses occupant. Ataliam Caichosroes frustra oppugnat. David Comnenus Latinorum fretus auxilio Lascari resistit (16). Petrus Plancius Pegas occupat. Henricus Balduini frater imperator designatur. Graecorum militum perfidia. Balduini miserabilis interitus Constantini Tornicis mors cruenta. Fatalia urbis simulacra confringuntur (17). Latinorum diligentia et Romanorum ignavia Henricus Bluchos prostrigat. adversus iniqua hominum de se iudicia quovela Choniatae, qui finem historiae suae imponit (18).

P. 2 V. 2 1. *Αἱ ἱστορίαι δὲ ἄρα κοινωφελές τι χρῆμα τῷ βίῳ ἐφεύρηται, εἴπερ ἐκ τούτων οὐκ ὀλίγα ἔστι ξυλλέγειν τὰ βελτίω τοῖς ἡρημένοις. εἰδύται γὰρ τὰ ἀρχαῖα καὶ ἔθνη αὐταὶ διατρανοῦσιν ἀνθρώπεια καὶ πολυπειρίαν ὑποτιθέουσιν, ὅποιοι τῶν ἀνθρώπων μεγαλογνώμονες καὶ τοῦ καλοῦ ἀτύφοντον τρέφοντες ἔρωτα. καὶ κακία δὲ παρ' αὐταῖς κοιωφδομένη καὶ ἀγαθοπραξία ἐξαιρομένη μετρίους ὡς τὰ πολλὰ καὶ ἐπιδιδόντας τοὺς παρ' ἐκότερα τιθέουσι ἕποντας, ὅσοι τέως οὐχ ὑπ' ἀσχίστης συνηθείας καὶ φανλοτάτης ἔξεως ἀπεπιστρόφως ἔχουσι τοῦ πολυεράστου χρήματος ἀρετῆς, ἐπεὶ καὶ ἀθανάτοισ ἐοίκουσι δῆπουθεν θνητοὶ καὶ ἐπίκηροι γεγονότες καὶ πάλαι τὸ ζῆν ἐκτοξεύσαντες, ὅσους παρειλήφει τὸ ἱστορεῖν. ὀρθῶς γὰρ ἢ τούναντιον φαίλωσ βεβιωκότες εὖ τε καὶ ἀισχυῶς ἀκούουσιν. καὶ τοῦ μὲν ἐς ἡδου βέβηκεν ἡ ψυχὴ, πρὸς δὲ τὰ ἔξ ὧν ἡρμόσθη τὸ σῶμα ἐπαλινδρομήσε· τὰ δὲ παρ' αὐ-*

4. πολυπειρίας W. 7. ἐξαιρουμένη W. 8. τιθέουσι om A.
11. δῆπου A.

P. 5, 20. *ἐπεὶ δὲ ὡς καὶ ἄλλοι ξυμβαλεῖν ἔχουσι]* prolixa et intricatissima periodus. e quibus salebris me vix quidem, sed expediti tamen, ut arbitror: multum certe laboravi.

P. 7, 11. *ἄρξαντος πρώτως Ἀλεξίου]* respicit ad sua potissimum tempora, ut arbitror: nam longe ante Alexium Isaacium Comnenus post Michaelē Stratioticum imperavit; V. 343 cui Constantinus Ducas successit, ut refert Zonaras.

P. 10, 16. *ἡ βασιλὶς δὲ Εἰρήνη καὶ μήτηρ Ἰωάννου]* P. 419 Choniates nimium sollicitus, ut apparet, ne quis error ex propriis nominibus existat, epitheta supervacanea adiicit. Irenen esse imperatricem et Iohannis matrem satis intelleximus, neque periculum est ne nunc alia Irene intelligatur. quare has et similes *περισσολογίας* omittere non dubitavi. idem etiam feci in supervacanea priorum nominum repetitione aut pro relativis pronominibus collocaione molesta et odiosa.

P. 10, 24. *καὶ βαλοῦσα ἑαυτὴν τῷ σώματι]* pro *ἐπιχειμένη τῷ σώματι τοῦ ἀνδρός.*

P. 11, 1. *ὡς κρήνη μελάνδρος]* ut *fontis nigrae aquas.* aptior fuisset Choniates scribendo poemati quam historiae, propter Homeri diligentem imitationem. haec epitheta et *εἰκόνας* quam historiam deceant nescio. *εἰκόνας* omittere vix ausim, nisi nimium frequentes et licentes fuerint. epitheta vero non ubique mihi interpretanda esse duxi. cuius rei lectorem semel admonitum etiam deinceps meminisse velim, ne quod iudicio factum est, inscitiae aut negligentiae tribuat.

P. 12, 1. αἱ πύλαι τοίνυν] videntur hic quaedam deesse, et Zonaras in Alexii Comneni vita scribit Barangos nonnisi iureiurando firmata fide de Alexii obitu ingressum palatii concessisse, quae de ratione aperiendae portae scribit, me non satis intelligere fateor. illud etiam obiter notandum, ut Latini fores, sic Graecos πύλας plurali numero fere usurpare.

P. 12, 6. διαρπάζειν τὸ προστυχόν] eam consuetudinem Romae esse ferunt pontifice mortuo.

P. 12, 13. τοῖς τέσσαρσι] sc. μῆσι.

P. 13, 11. Σεβαστοκράτορος] hunc Augustimperatorum fortassis dicere liceret. malui tamen retinere Graecum, ut et in aliis, πρωτοβεστιάριος a thesauris fuisse videtur: nam vetustus codex Augustanae bibliothecae, ubi reliqui habent βασιλικὸν ταμειὸν ἢ χρυσῶνα, ponit βεστιάριον. παρακοιμώμενον vel cubicularium vel accubitorem vertere possis. si paracoemomenon dicas, nescio quomodo aures τὸ κακόφωνον aversantur.

P. 14, 12. προκοίτων] cubicularium verti, generali vocabulo, propter κακοφώνίαν Procoeti. significat eum qui vel ante cubiculum vel ante cubile ministrat. Byzantini palatii dignitates et ministeria omnia non satis intelligi, etiam is fatetur qui τὰ ὄφρικια τοῦ παλατίου descripsit; quem libellum una cum aliis ad Graecam historiam intelligendam utilibus nobilis et ingeniosus adolescens Raphael Saylerus aliquando, uti spero, in lucem dabit.

P. 14, 15. ἀποβαίνειν τοῦ ἵππου, καὶ τούτω ἀπονέμειν] hunc honorem omnibus Turcis a Christiano quolibet necessario habendum esse scribit Bartholomaeus Georgievicius.

P. 15, 8. τῆς τῶν ἐπιστημῶν πᾶσων ἐπόχου φιλοσοφίας] philosophiae omnibus scientiis insidentis, id est complectentis aut certe superantis omnes scientias, omnium artium principis et reginae. eruditionis huius Annae meminit etiam Zonaras; et Wilhelmus Xylander, doctissimus invenis, in Augustanae rei publicae Graeca bibliotheca viginti libros de rebus gestis Alexii Comneni huius Annae nomine extare mihi dixit sive illi ab ipsa sive iussu eius scripti sunt. nam regibus principibus non difficile est esse disertis, qui quod per alios fecerint, per se fecisse videntur, ut Iurisconsulti statuerunt.

P. 15, 9. ἐδείκνυτο μέλημα] i. e. ἐπεμελεῖτο, studio P. 420 sima erat, studium prae se ferebat. nisi quis passive accipere velit, alumna erat philosophiae, sensu eodem recidit.

P. 15, 20. τὰ πολλὰ plerumque significat. malim πολλὰ sine articulo.

P. 15, 21. αὐτῇ μὲν ἐνδιασχ. quod sibi membrum troverisset et excavasset, Bryennio vero extendisset

tundasset. nimium videtur hic φησικῶς et parum ἠθικῶς philosophari nostra φησισοφία: alioqui et ambitioni et linguae suae imperasset.

P. 18, 8. βαφὴν σιδήρου] utrum intelligat, cum ferrum candens aqua extinguitur, an iniunctionem aliquam aut colorem, non satis scio.

P. 22, 10. πέλυξιν ἑτεροστόμοις] Suidas: ἑτερόστομος φάλαγξ καλεῖται, ἣ τις πορεύεται τὸ μὲν ἠγούμενον ἡμῶν ἔχουσα ἐν εὐωνύμῳ παραγωγῇ, τουτέστι τοὺς ἠγεμόνας ἐξ εὐωνύμου, τοῦ δὲ ἡμίσεος τοὺς ἠγεμόνας ἐν δεξιᾷ παραγωγῇ. quid autem sit ἑτερόστομος πέλυξ, nusquam invenio. τὸ ἑτερος in compositione plerumque significat alterum duntaxat ex duobus, ut ἑτερόφθαλμος coclitem. ego vocem non intellectam iis interpretandam relinquo qui armaturam et vestitum veterem atque exoticum intelligunt; in quo genere philosophari mihi adeo non licuit, imo neque libuit, ut nostratia vix assequar.

P. 22, 22. συνειλεγμένας] rectius legitur συνειλημμένας, id quod alter codex habet.

P. 25, 3. ἀγκοιμήσει] aliquando scribitur ἀγκοιμήσει. haud scio an παρὰ τὸν ἀγκῶνα fiat καὶ τὸ ἀγκοιμῆσαι, a gestu equitum hastas in hostem dirigentium, an παρὰ τὸ ἀνακινεῖν.

P. 25, 15. ἀγυρτία] magnum Etymologicum ἀγύρτην παρὰ τὸ ἀγέρειν deducit, τὸ περιμέναι καὶ περινοστεῖν ἐπὶ νίκη ἢ ἑτέρῳ τινὶ τοιοῦτῳ, et interpretatur non tantum ἀλαζόνα, ψεύστην, λωποδύτην, ἐπαίτην, ἀπατεῶνα, sed etiam φιλοκερδῆ; quanquam reliquae etiam virtutes fere in id genus hominum quaestui deditum cadunt, qui tum demum non fallunt quum fallere sine detrimento suo nequeant, ut recte Lucani versus ad eos quoque detorqueri queant.

nulla fides pietasque viris qui lucra sequuntur,
vaenalesque manus: ibi fas, ubi maxima merces.

et Ovidius in Fastis mercatorem vota Mercurio facientem inducit, ut cum maximo emolumento sine fraude sua peierare liceat quos versuculos, quia elegantes sunt et contagium hoc in omnes fere ordines serpsit, ascribere libet.

et peragit solita fallere voce preces.

abluē praeteriti periuria temporis, inquit,

abluē praeterita perfida verba fide.

sive ego te feci testem, falsove citavi

non audituri numina vana Iovis,

sive deum prudens altum divamve fefelli,

abstulerint celeres improba verba Noti;

et pereant veniente die periuria nobis.

nec eurent superi, si qua locutus ero.

*da modo lucra mihi, da facto gaudia lucro,
et face ut emptori verba dedisse iuves.
taliam Mercurius poscentes ridet ab alto,
se memor Ortygias surripuisse boves.*

P. 421 P. 34, 15. αἱ μηχαναί] utrum bombardas eo tempore habuerunt Graeci, an aliud machinarum genus id fuit?

P. 34, 21. συνώδη ὄρμη] porcorum aut aprorum potius more. σῆς enim et κίπρον et χοῖρον significat.

P. 35, 2. Ῥωμαίων παλέγγλωσσοι χλευασμοί] ambiguum est utrum dicat Anabazaeos subinde irrisisse Romanos, an a Romanis vicissim subsannatos esse.

B. 35, 4. πετρόβολα ὄργανα] fortasse balistas maiores sic appellat.

P. 36, 6. καὶ λίζιον ἑαυτῷ] vetustus Augustanae rei-publicae codex hic alium ordinem habet, transpositis utique paginis aliquot, pro δειξας habet ἑαυτοῦ ποιήσας. vox pro λίζιον posita ob evanidos characteres legi non potest. λίξας quid sit, ipse auctor alio loco declarat.

P. 41, 15. μικροῦ ποδηνέμοις ὀχήμασι] equis velocissimis provecti. ὀχημα huic auctori subinde non vehiculum sed equum significat, ut alter codex ἄλογον quoque crebro pro equo ponit.

P. 41, 21. Ameras Turcarum reges aut principes dici affirmat Cuspinianus. reperitur hoc vocabulum apud Zonaram quoque saepius, sed eius significatio non explicatur.

P. 46, 4. ἀναιδέστατοι] nisi praecessisset ἀνδρισται, pro ἀναιδέστατοι malim legere ἀνδρειότατοι: nam ἀναιδέστατοι non placet. vetustus codex pro ἀναιδέστατοι vocem habet quae legi non potest.

P. 46, 24. ὀχημάτων] ἀλόγων B. hinc coniecias, lector, non de vehiculis aut curribus eum loqui, sed de equis.

P. 47, 17. αἱ δὲ τοῦ ἤρος περιτροπαί] κατὰ τὸν μαῖον μῆνα. alius codex habebat αἱ τοῦ ἤρος τροπαί, quod ego vernalis aequinoctium interpretatus eram; quod est, cum sol mense Martio primum punctum Arietis ingreditur. tum enim P. 422 fit ab hiberno frigore ad veris temperiem conversio, quam nos Germani etiam sub Calendas Maias aliquando non multo minus frigemus quam alii mense Febuario.

P. 51, 19. ἀφιλοσόφητον] puto hic dici potius quod philosophiae consolationes vincat, quam cuius ratio reddi nequeat. litterarum et philosophiae expers, aut ineruditum, sententia non patitur. quare luctuosum aut funestum interpretandum censui.

P. 54, 10. κάττυμα] hic non puto pro soleis usurpari, sed pro cute pedi detracta.

P. 57, 15. τὰς ἡπείρους] Asiam et Europam intelligo.

legitur et apud Isocratem semel atque iterum εφ' ἐκάτερα τῆς ἡπείρου.

P. 63, 14. ἄγων σχολῆν τῶν ἐκτός] scilicet ἀνθρώπων, per otium, si nemo externus adesset.

P. 66, 11. ἡ τάξις] hanc veram lectionem esse arbitror. alter codex habebat προᾶξις: unde putabam legendum ὡς ἐπαινετὰ ἢ προᾶξις τῇ προνοίᾳ ὑφ' ἧς, et sic converteram: atque id facinus divinae vindictae, gubernatrici rerum universitatis, commendans etc. sed hoc vult Isaacius, laudandum esse ordinem quo non tantum imperia sed etiam mundi huius universitas gubernetur. vetustus codex habet καὶ ἄτακτα βῶων, εἰ ἀνθρώποι, ὡς κατελύθη ἡ τάξις! ὡς νεουργοῦνται ἕτερα πράγματα! immodeste vociferans: o cives, ut ordo est eversus! ut novae res instituantur!

P. 67, 1. τυποῦν ἀντιῶς] χορηγοῦν ἢ τάττων, unde supra τυπος βασιλικὸς idem quod διάταγμα.

P. 70, 18. δυσζύμβλητος τοῖς πολλοῖς difficilis aditu, P. 423 παρὰ τῶν πολλῶν μισητός vulgo invisus. quod paulo gravius est; etsi morositatem odium plerumque, ut umbra corpus, sequitur.

P. 74, 8. περὶ οὗ δηλώσωμεν] περὶ οὗ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐλέξαμεν sive λέξομεν. scriptura enim parum perspicua est. fortassis τὸ ἔμπροσθεν pro eo ponit quod ante nos est, i. e. ad quod nondum pervenimus. barbaries enim non modò nova vocabula gignit, sed etiam veterum significationes mutat.

P. 75, 5. alter codex pro πλευστικῶν habet προσπλεόντων. verbum στρατειῶν redundare arbitror, neque enim militare est pendere sed extorquere tributum, et προσπλέοντας mercatores intellego.

P. 74, 18. τοῖς τότε iis qui tum erant, illius aetatis hominibus. est περισσολογία Graeca, quae citra molestiam Latine vix exprimi potest, neque debet.

P. 75, 11. εὐάγκalon] quod ulnis facile comprehenditur et tenetur, et proinde non iusto maius.

P. 76, 2. pro εἰ δὲ malim legere εἴ γε, nisi aliquid forte ante εἰ δὲ deest. et certe parum apte cohaeret oratio, quamvis utcumque sententia haec inde colligatur, qui malo aut occasionem praeberit aut non obstiterit, mali auctorem habendum esse. ego pro τὸν ἀμύσαντα legi τὸν μὴ ἀμύσαντα, ab ἀμύω, non ab ἀμύω, addita negatione. est et illud ambiguum, utrum hic Puzenus an Iohannes imperator magis accusetur, an vero utriusque reprehensio coniungatur.

P. 76, 21. quid γνίφων sit, nusquam reperio; nec alibi hoc vocabulum me legere memini. γριπίζειν est piscari.

δυσγρήπιστος fortassis homo occulti animi aut occultator rerum suarum, cautus admodum, qui facile deprehendi non potest.

P. 77, 5. quis piscis sit σῦαξ, non reperio. videtur a similitudine suis ita appellari, sive gustus sive forma spectetur.

P. 77, 14. τῷ μὲν λόγῳ] nota est illa oppositio, λόγῳ μὲν ἔργῳ δέ, verbo et re ipsa. sed hic de ingenio et dignitate agi existimo: nam alter codex habet tantum μετὰ τοῦτον ἔχων τὰ δεύτερα.

P. 78, 14. βλωμοῦ ἄρτον τίθησιν ἐνδεῶ] ὑπερβολικῶς haec scribi existimo ad insignem fortunae mutationem et summam imperatoris alienationem declarandam.

P. 80, 2. καὶ τὸν ἀναδασμὸν] subintelligi potest εἰς τὸ παλιρροῦν ἐβιάσατο: eam quoque distributionem quam ipse ordinarat abrogavit, nisi ἀναδασμὸν ἀντὶ δασμοῦ posuerit. tunc deesse videbitur verbum ἐπέταξεν aut aliud simile: tributa pro sua libidine exegit.

P. 79, 25. κληρωτῶν] alioqui est quod sortito contingit. hic pro vernis hereditate relictis aut ἀντὶ τῶν ἀνητῶν posuisse videtur.

P. 424 P. 80, 3. ἐκ τοῦ γνωμικοῦ] sua sponte, κατὰ προαίρεσιν. recentiorum Graecorum formula est. et herilis bibliotheca libellum habet περὶ γνωμικῶν θελημάτων de libero arbitrio aut libertate voluntatis, ut arbitror.

P. 79, 5. χρυσῶν] est auri thesaurus proprie apud hunc auctorem. ego fiscum verti, quia proprium non suppetebat ob Latini sermonis egestatem.

P. 79, 9. ἦν δὲ καὶ ἄλλως] liberius hunc locum verti, omissis iconibus et metaphoris ineptioribus. verba, si quis requirit, sic sonant: alioqui etiam eo tempore conclavia publica ex hoc in illud eructabant, et ut colluvies aquarum redundabant, et aliquid ex iis quae continebant in externos et pauperes expuere volebant, quemadmodum uterus partui vicinus, qui plus quam maturi foetus onere praegravatur.

P. 80, 5. ἐκ τοῦ μὴ κοτύλης] et hic sententiam potius quam verba sequutus sum, quae sic sonant: quia non scōbe cotylae egebat, sed plane Tyrrheno mari, ob sumptuum quos dilatatar amplitudinem. pro ἄς lego δὲ ἄς: nam praepositio διὰ, librarii negligentia praetermissa, turbat sententiam.

P. 81, 2. πτύα] nescio quis usus ventilabri sit in via complananda; nisi forte cribrum intelligat, quo glarea tenuior a crassiore separatur, aut πτύον aliquid aliud ei significet.

P. 84, 3. ταύταις ἐφομαρτεῖ] hic verba scrupulose persequi non necesse habui.

P. 84, 22. τῷ ἀδελφιδῶ] πέμπει τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ

Φρεδερειχον. Fredericum alter codex Conradi, alter fratris eius filium facit.

P. 85, 4. quid *χαοῦν* sit, nisi *εἰς χάος ἀναλύειν*, hoc est *ἀφανίζειν*, non video.

P. 87, 7. *εἰ καὶ τὰ στοιχεῖα*] alter addit *καὶ ὁ και-* V. 346 *ρὸς ὡς δοῦλα τοῖς Ῥωμαίοις ὑποτάσσονται.*

P. 87, 15. *περαιάν* hic intelligit Europaeam partem, cis Constantinopolim: nondum enim traiecerat. Utrum vero *περαιά* nomen appellativum an proprium sit, quod olim *κέρας*, nunc *Peram* sive *Galatham* vocent, affirmare non possum.

P. 89, 5. *βουλευματα*] alter addit *καὶ συνάγματα.*

P. 90, 17. *ἄρματα*] an hic pro curribus ponat an vero pro armis more barbarico, incertum mihi est.

P. 90, 18. *ὡς εἰς νέωτα*] videtur hic posuisse pro *εἰς τὴν ἐπιούσαν*. alter codex habet tantum *πρωῖ.*

P. 96, 6. *οἱ τῶν Ἰταλῶν παῖδες*] *οἱ Ἀλαμανοί.* magna P. 425

est Græcorum negligentia in distinguendis gentium nominibus, quas appellant *πολυσπερέα γένη ἐσπέρια ἢ δυτικά.* confundunt Italos Siculos Latinos Alemannos Francos Gallos, tantis locorum et ingeniorum intervallis distinctos, *ἐπεὶ μάλα πολλὰ μεταξὺ οὐρεῶ τε σκιόεντα, θάλασσά τε ἠχῆεσσα.* id inde accidisse reor, vel quod Germani magnam Italiae partem et Siciliae olim tenuerunt, vel quod Romanum pontificem summum sacrorum antistitem agnoverunt. eas vero gentes quae Byzantino imperatori paruerunt, Romanorum appellatione celebrant, quod semel in hoc loco admonuisse sufficiat.

P. 97, 9. apparet vel magistratus vel familiae alicuius cognomentum fuisse *Gymnos.*

P. 100, 25. *συναλειφόμενον*] *συναλειφομένους.*

P. 101, 1. *προφύλακα*] *πρὸς φύλακα.*

P. 104, 16. quid *τζαγκράτορες* sint, nondum reperi. verti autem funditores, non quod veram interpretationem eam redderem, sed quod non prorsus absurda videretur.

P. 104, 21. *ἐξ ἀφετηρίων*] subintelligitur *ὄργανων ἢ μηχανημάτων.* quae qualia fuerint non declarat. vocabulum non male respondet vernaculo nostro *geschütz.* sed bombardae an eo tempore fuerint dubito. desideratur et hic diligentia historicorum, qui ea quae suae aetati nota fuerunt, etiam posteritati, subinde inventa veterum novis artibus abolenti, nota fore crediderunt. proinde neque balistas neque catapultas vertere ausus fui: tormenta nonnunquam verti generali vocabulo, quod non tantum cruciatum significat, ut apud Horatium *invidia Siculi non invcnere tyranni maius tormentum*, sed etiam machinam bellicam, ut apud Ovidium in *Metamorph. de Licha et Hercule: misit in Euboicas tormento fortius undas.*

P. 104, 21. ἀνώθουν ἢ ἀνήρειπτον] Romani saxa tormentorum sursum trudebant ac potius in montem advolvabant. hoc videtur velle, ad summam difficultatem irriti conatus et Sisyphei laboris ostendendam. verbum ἀνήρειπτον quid sit, me ignorare fateor: neque ab ἐρείπω neque ab ἐρεω formatur. ἐρείπτω nusquam legi. si vero ἀνέριπτον legas, id minus et tenuius videbitur quam ἀνώθουν. vetustus codex habet haec verba duntaxat plana et simplicia, καὶ οὗτοι μὲν ἐβιάζοντο πρὸς ὕψος ἐπιρίπτειν τὰς πέτρας μετὰ τῶν πετρεβόλων ὀργάνων: quae ego in convertendo sum secutus.

P. 425 P. 107, 11. de Bogomilis vide Zonarae Alexium Comnenum; quanquam, ut fuit monachus ille socors et negligens, quae fuerit eorum haeresis non satis explicat.

P. 107, 12. intelligo τὸ πομπεύειν ignominiosam traditionem per urbem aut theatrum, qui ἄτιμος θρίαμβος aliquoties a Zonara dicitur, nisi quis existimet sacri ordinis ademptionem intelligendam, quae vulgo a sacrificulis *degradatio* dicitur.

P. 106, 6. σοφίας δ' ἀπάσης μεταλαχῶν] vetusti codicis verba longe planiora sunt. ὁ δὲ Κοσμάς, inquit, οὗτος ἦν μὲν ἀπὸ τῆς πόλεως Λιγίνης, διάκονος τὴν τάξιν, πάσης σοφίας ἔμπλεως, ἐνάρετος, καὶ ἐπὶ πλεόντων ἄλλων ἀρετῶν τῇ τῆς ἐλεημοσύνης ἐκαλλωπίζετο ὡραιότητι. οὕτω γὰρ ἐπὶ τῇ ἐλεημοσύνῃ ἐσεμνύνετο, ὡς καὶ τὸν χιτῶνα αὐτοῦ τὸν τε ἐντὸς καὶ ἐκτὸς ἐπιδιδόναι πτωχοῖς καὶ τὴν σκέπη τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς, καὶ οὐ μόνον ἐξ ὧν εἶχεν ἐδίδου, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους ὠκονόμει παρέχειν τοῖς χρεῖαν ἔχουσιν. paraphrastes vero noster postremam periodum plane obscuravit, ne dicam depravavit, quum scribit καὶ πράγματα παρέχειν τοῖς ἀφ' ἐστίας μὴ διφῶσι μόνον αὐτὰ, ἀλλὰ καὶ πρὸς εὐπορίαν ἄλλων τυρβαζομένοις. quae verba sic converteram: suisque domesticis non solum illa requirentibus, sed etiam alienam opulentiam reprehendentibus negotium facesseret. quae verba quid sibi velint, profecto nescio: adeo delirat ineptus elegantiae immodicae affectator, dum vel in id incumbit ut paraphrasi cum archetypo certet, vel summam orationis virtutem putat nihil propriis verbis eloqui, καὶ τὸ ἐν φακῇ μύρον ubique adhibet.

P. 106, 20. ἡ γοῦν πληθὺς τῶν κακίστων ἀρχιερέων, τῶν μὴ τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν ἀποδεχομένων, διαβάλλουσι τὸν πατριάρχην τῷ βασιλεῖ, ὡς τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν ἐπὶ τὸ ὕψος τῆς βασιλείας ὁ πατριάρχης ἀναβιβάσαι βούλεται. λόγους γὰρ ὁμιλοῦσι κατὰ μόνους ἀμφότεροι, καὶ νύκτας ὅλας ἀγρύπνους διατελοῦσιν ἐν ταῖς συντυχίαις αὐτῶν καὶ συσκευᾶς κατὰ σου ἐργάζονται.

V. 347 P. 114, 3. πuto ἀναγκαία pro ἀνάγκη esse positum, ut Καλλιόπεια pro Καλλιόπη.

P. 116, 19. τὰ Κέρκυρα] fortasse librarii error est pro τὴν Κέρκυραν.

P. 125, 2. pro Κομνηνός fortasse legendum Βορένιος, nisi forte filius cognomen a matre propter imperatoriam stirpem acceperit.

P. 126, 10. ἐπεὶ δὲ ἅπασι σχεδόν] alter codex brevius P. 427 eandem sententiam complectitur, his verbis: οἱ ἀστρολόσχοι φασίν, ἐπακριβοῦνται τῷ ἀγγέλῳ ἢ ἔξοδος, ὡς οἱ τῶν ἀστέρων ἀγαθοὶ σχηματισμοὶ ἐνεδίδουσιν.

P. 135, 13. ἐκ γὰρ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς] Eudocia tertio gradu attigit Andronicum, hoc modo:

Iohannes	Alexius	Isaacius
Andronicus	fratres	Andronicus
Eudocia	patruales	incesti.

P. 135, 24. περὶ οὗ εἶπομεν ὀπισθεν] sic supra περὶ οὗ ἔμπροσθεν λέξομεν. unde apparet ὀπισθεν ad praeteritum, ἔμπροσθεν ad futurum tempus pertinere huic scriptori, verborum significatione commutata et inversa.

P. 141, 21. ἱππότην] μετὰ κονταρίων καὶ ἀλόγων ἀραβικῶν.

P. 142, 20. μειτεωρίζων] παύζων.

P. 146, 18. Κιλικία] Ἀρμενία. creberrima est haec permutatio. nam vetustus codex fere semper ἀντὶ Λατίων μὲν φράγγονος, ἀντὶ δὲ Κιλικίας Ἀρμενίαν τιθεσσι.

P. 151, 19. ἦν δὲ καλή] verba sic sonant. erat autem formosa mulier, et valde formosa, et supra modum formosa, et incomparabili pulchritudine, ut plane nugae essent ad eam collatae Venus risu gaudens, et aurea Iuno candidis brachiis et grandibus oculis, et Lacaena longo collo et pulchris talis, quas vetustas ob formam immortalitati consecravit, et caeterae universae quarum insignis pulchritudo libris et historiis celebratur. haec in conversione de industria praetermissa hic subieci, ne me negligentiae accusent, si qui forte sunt qui ineptiis delectentur.

P. 152, 6. καὶ ταῖς ἐκεῖθεν κολάσεις ad inferna supplicia ut homo impius rapiendus. quorsum attinent ista tragica? Christianae caritati nescio quam consentanea, plena certe inhumanitatis; quare a me praetermissa sunt. videat quisque ut ipse recte vivat et bene moriatur: iudicium de aliis relinquat deo, cuius iudicia longe alia sunt quam hominum, praesertim ineptorum.

P. 160, 7. κουζασθλάνην] significat haud dubie vox V. 138 haec aliquid, ut et μούρτζονφλος: sed scriptor hanc aliis aequae ac sibi notam esse ratus non declaravit.

P. 165, 3. βλαδίσταβος] id fortasse nomen est, pro quo nunc Ladislaum usurpant.

P 429 P. 175, 16. αὐτὸς τὴν σφενδόνην] e
sive fundam, cardinem et baculum appellet
tionem cuiusmodi machina fuerit, non satis
liter hunc locum sum interpretatus.

P. 175, 22. ἄρχλας] non abhorret
culo *erkher*.

P. 181, 17. οὐ πολλάι δὲ ἡμέραι] e
scivire mihi est visus et pene ultra poetic
evagari sive Choniates sive paraphrastes qui
vetustus codex, qui ex archetypo auctoris d
longe paucioribus rem absolvit), summam
amatoriae narratiunculae exposui. ne tamen
quicquam desideret, etiam haec interpreta
tumvis inepta; quae (si typographis ita vide
tum historiae reponi poterunt. *non multis
dronicus neglectis et contemptis caedibus, pu
sics, terrore, metu, Marte sanguinario et
Veneris sacra colit, quae non Helenam et
in conspectum adducit, in Graecia et medi
tem, et forma eius exhilaratum furore conc
aedificat, quam Phereclus gubernet: sed Ph
habitantis formam depingit et lenocinio conc
dronico, ex sola fama amore inflammato. I
peo et galea repudiata spretaque omni militi
tiochiae degentem deficit, quo cum venisset
bris Martium habitum commutasset, tantum
ctabat aut telam texebat et colum tenebat,
Omphalae, sic ipse Philippae serviens. erat
soror eius quae non ita pridem Manuelli im
nici patrueli, nupserat. Antiochiae degens
ornamentorum pene ad insaniam studiosus,
teas circumducebat argenteis arcubus instr
prima lanugine florentes, flavis capillis ni
tione venabatur eam a qua ipse captus erat
culis irretitus, et par pari cum foenore refe
qui admiranda forma conspicuus, tum vesti
tis insignis, iis praesertim quae ultra nat
missae finduntur et ita corporibus applican
textae illi esse videantur; cuius inventi auct
xata vultus torvitate, perpetua severitate
morum et solitudine seposita, abiectoque su
illa prorsus capta coniugio assensit, atque a
oblita amatorem secuta est.*

P. 183, 8. καθ' ὅσον ἦδη, pro iamiam
usitatum sit. si εἶδη aut ἦδη παρὰ τὸ εἶδ.
quidem placet, iudicium lectori relinquo.

P. 183, 18. ἀδοξοῦντας αὐτόν] verba sic sonant. *quam* P. 430
igitur Constantinus se a Philippæ amoribus despici cerneret,
qui alas ad alium librarent et Andronicum malis peterent ei-
que faces praeferrent.

P. 184, 3. γαλή τὸ τοῦ λόγου] verba sic fere sonant,
*quemadmodum mustela, ut aiunt, ad sebum, ad pristinas fu-
gas reversus vetustisque suis machinis tentatis. et ut erat lu-
xuriosae vitæ et ut equus erga mulieres insaniens, in vetitos* P. 430
*concupitus ruebat, carnaliter appropinquabat, et intemperanter
indulget libidini Theodoræ filiae patruelis natu maioris
Isaacii.*

P. 187, 6. τῶν πρότρια λανθανόμενοι] referri potest
hoc vel ad meritorum et rerum gestarum oblivionem, vel ad
insolentiam pristinae sortis immemorem.

P. 188, 18. θερμότερον φήνης] verba sic sonant. *ar-
dentius et miserabilius fulica, draconibus moestius, halcyone
lugubrius.*

P. 195, 15. ἀναιδεῖς μὲν] *impudentiores Periphete
clavigero et pinusflexio (liceat enim et mihi ineptire) Sinnide
et Scirone, quos olim Theseus sustulit, immaniores.*

P. 196, 5. δόξαν τέλος καταλελύσθαι] *cum plane so-
pitem videretur, instar foecundi agri locupletis hominis, robu-
stiores messorum desiderantis, refluat.*

P. 200, 26. τοῦτο δὴ ὅπερ] ineptam et intempestivam
hanc appendicem, a me de industria praetermissam, sic inter-
preteris licet: *id quod opposita virtutibus vitia efficere con-
sueverunt; quanquam illis propinqua sunt et pene adhaerent.*
alter codex habet ὅπερ καὶ ἐν ταῖς καθολικαῖς ἀρεταῖς ἔχει
τις τοῦτο ἰδεῖν.

P. 207, 17. κοινὸν ἐκείνοις βαλάντιον] puto Choniatem
de latrocinii societate et partitione manubiarum loqui.

P. 208, 3. τοῖς πήχεσι μετρῶν τὸ εὐδαιμον] alludit ad
dimensiones agrorum, limitibus exundatione Nili confusis.
unde quidam censent geometriam ortum habuisse.

P. 208, 6. ἐντρανοῖς] τρανῆς et τρανός usitata sunt, sed V. 349
ἐντρανος alibi me legere non memini.

P. 210, 9. Πάτροκλον πρόσφασιν προσιθείς] vide Erasmi
Chiliades; quanquam haud scio an ad Homericum Achillem
alludatur, qui saevitiæ suae Patrocli caedem praetexebat,
cum hosti mortem deprecanti respondet

κάτθανε καὶ Πάτροκλος ὃ τις σέο πολλῶ ἀμείνων.
occidit et Patroclus, qui te virtutibus antea,

P. 222, 8. κατ' ἀχερωῖδα] *procera instar populi ir-* P. 431
riguae.

P. 230, 21. τὰς παλασσάς] *κολασσάς (A) sive κολοσ-
σάς: nam litera parum perspicua est. unde suspicor Cλα-*

nitas post appellatos esse qui olim Co ad quos epistola D. Pauli exstat.

P. 246, 4. nescio quid hoc sive *σμός* sibi velit, utrum rideat Manuelen an vero innuat aurea arma periculosior spe praedae plures alliciant.

P. 247, 12. hic (B) apertius clarat, ostentare eos voluisse, nullum Turcantaxat periisse, quia vero Turcis additerant, Christianis ea praeciderunt; et tuerant, defunctos in Turcas transform causa.

P. 432 P. 249, 14. quid nota sibi veli *χμός* significet.

P. 250, 1. *καὶ κάτωθεν*] et infra expansum, et hostium frontem spectans, corripierentur, pacem confecisse Sultanu

P. 253, 19. *Μαίανδρος τοὺς πλείεστεροι δὲ ἐφονεύοντο, alii occidebantur.*

V. 350 P. 285, 17. alter codex de compati de administratione baptismatis loqui vid

P. 289, 17. quid sit illud *ἕπερ* tigo. et qualemcunque sententiam conie

P. 433 P. 297, 21. *χρῶν δὲ μὴ ἕπονο* verba etiam ad scriptorem ipsum referri] *ταληπτικὴν*, hoc modo: in quo haec caetera continentur: neque vero adultetione, sed ita ut scripta sunt referenda

P. 348, 7. *αὐτιάς*] *ἀγνάς*.

P. 350, 14. *τὸ δὲ τῆς Κωνσταντί* in vetusti codicis (B) margine hoc le Choniates, quasi populo Byzantino fia perperam committantur, ea potius heditiosis sint adscribenda. quanquam etis legi potest, tamen satis apparet han

P. 351, 24. *τελευτήν*] *πνιγμονήν*.

P. 364, 25. *παραβόλως*] *παραλόγ*

P. 323, 5. *τὸ τῆς ἐκείνου γλώττης καὶ ὡς ἄγρωστις ὄμβρον*] favum linguabrem aut rorem Hermonium montes) P. 435 tiam eius amplectebantur, maxima c non secus ac si aureum seculum et n aut Solis mensam appositam reperissen *λεσμένην τοῦ μύλου διαίταν* suspecta n cens aliquod proverbium. utcunque sit pressisse contentus sui.

P. 323, 21. τοὺς ἑτεροστόμους πλέκεις ἀνέχουσιν] τὸ ἑτερον, ut supra etiam monui, in compositione fere alterum e duobus significat, ut ἑτερόφθαλμος oculus, hic pro ancipiti verti, quod intelligere videtur *hellempartias*, si quis vero partisonas intelligere mavult, non impedio, τὸ ἑτερόστομον certe non nisi per ambages molestas proprie explicabitur.

P. 328, 11. ἐς γόνατά καὶ γλουτούς] γλουτούς videtur hic ponere non pro clunibus, sed pro suris, ἀντὶ γαστροκνημίδων.

P. 357, 14. alter plura periuria tribuit Andronico, V. 351 alter factionem eius eodem crimine involvit.

P. 365, 5. hunc locum generatim sum interpretatus, quia propria vocabula non suppetebant, et periphrasis permolesta futura videbatur.

P. 387, 12. τὰ τῶν ἀφαιμένων πετρῶν φοιζήματα. ex hoc loco fere conicio, Siculos habuisse bombardas eo tempore, nisi fortasse balistis maximis usi fuerint.

P. 392, 9. φλώντες] scilicet τὴν κεφαλὴν.

P. 406, 15. ὁ τῆς γενιτιῆς τούτου πατήρ] sacrenamero ad hunc modum dativi pro genitivis ab hoc auctore ponuntur, haud scio librariine errore an affectatione auctoris.

P. 416, 14. potest τὸ οἷς pro ἐφ' οἷς αἰτιολογικῶς capi, P. 436 ad leniendam civium indignationem propter ignaviam eius.

P. 430, 10. hoc epistolum ex vetusto codice (B) adieci, in eoque convertendo etiam Graeca virorum nomina Latina utcumque feci, ut epitheta, quae et antitheta sunt, aliquo modo exprimerentur. ac ἀληθινοῦ καὶ συνεσίου nomina satis clara sunt: λαχανῶν vero ἀγοραῖον appellat, quod olera in foro vaeneunt. est et παρωνόμασία quaedam in verbis ἀδικεῖν et ἡ τὸ ζῆν: Graecae enim pronuntiationis studiosi x fere per c Latinum efferunt, *adycin*, *iocin*.

P. 432, 7. καλάνου] fortasse κελαινοῦ, nigri coloris. V. 352 vetustus codex habet γερανέου, grvini coloris, qui fere est ferrugineus. κάλανον adiectivum nomen nusquam reperio.

P. 455, 15. quod alter μεταφορικῶς scribit, alter (B) ἀπλῶς videtur accepisse.

P. 468, 13. αἰεὶ τὸν ὀπισθεν] converti eos qui *terga dabant*, cum videatur potius legendum τὸν ἔμπροσθεν.

P. 468, 19. alter metaphoricè, alter proprie loquitur; alter de caedibus, alter de spoliis et fame agit.

P. 470, 15. τοῦ Ταγκρέ] fortasse Τακcredam intelligit, P. 437 Salernitanum principem, crudelem illum pudicitiae vindicem, si fabula vere narratur.

P. 483, 15. posset τὸ εὐήλειξ etiam ad corporis proceritatem referri, quia ἡλικία et aetatem et staturam significat.

P. 485, 8. ita describitur hic pareat utriusque subornata an vera illi simularunt, atrox est et fere plus ferro se lacerare. si insanierunt, quo ut ea dicerent quae Asani et Petro p

P. 488, 2. ὡς καὶ τινα] corru saltem ita intricatus ut fere nulla e sit colligi. quare vetusti codicis (B) l talem, qualem ratio Grammatica pos ditiorem in convertendo sum secutus

P. 489, 15. amplius integro f codice, caeteri duo habebant haec ἀξιοθέατος — σκεπτομένοις πρότερο.

P. 496, 2. turpiter fugiunt Im lia se includunt, si modo ἐξάρτησις ligi debet.

P. 498, 13. ὅσοι κίοσι] fortassi

P. 438 P. 500, 6. παρακενούμενα] qu nisi forte παρακειμένοις legendum, i

V. 353 P. 514, 6. haec clausula quid duobus codicibus omittitur.

P. 514, 10. hunc locum vel e ne solis Germanis ebrietas obiiciatur. per ebrietatem multa inepta loquuntur tuis Cyprianis accidit, quo ebriosior potare soliti.

P. 522, 2. de Neocastritis sup

P. 528, 15. τὸ φωνεῖν ἀπὸ γα quasi de Engastrimytho loqueretur. t ponat qui ventris causa verba faciunt gantur potius quam res futuras praes

P. 529, 2. alter codex ita mis constet uter, imperator an patriarcha cordibus hostium.

P. 529, 5. δι' ἧς] relativum r sed ad Θυρίδα, quod non posuit, μνημονικῶ ἢ γούν σολοικισμῶ.

P. 531, 10. ὡς μὴ πρότερον] locus. ego in vertendo qualemcumque vetustus codex et ipse habet verba ἐκκλησία — δι' ἑστέρας. ecclesiam non l tos, eaque de causa et monasticam sertam esse. et tu, inquit, illustre sid

P. 439 ut in solio hoc patriarchico consider optime gubernares. in caeteris duobus fortasse legendum οὐάων, sine syll

τὸν fortasse legendum ἢ αὐτόν, ut haec de sole sententia non ad alium quam ad ipsum Balsamum referatur.

P. 533, 6. alter Dositheo ambitionem, imperatori philautiam tribuit, hic (B) utrumque Dositheo.

P. 544, 27. ὀλίγους ἀπὸ τούτων ἀποκτείνας] huiusmodi contrarietates subinde occurrunt, negatione in vetusto codice omissa.

P. 576, 3. alter materiae ascensum ad caput prohibere, P. 44 alter eam ad pedes retrahere instituit. V. 354

P. 578, 15. οὐ γὰρ μόνον τοῖς ἐξ ἕλης] οὐ γὰρ μόνον χρημάτων καὶ βλατίῃ ἐλάμβανεν, ἀλλὰ καὶ ἕτερα εἶδη μικρά. non tantum pecuniam et vestes, sed minutiora quoque accipiebat.

P. 579, 28. zapetia fortasse id est quod nunc vulgo zibettam vocant.

P. 580, 2. apparet principio legendum ἄλας, id est salem. eam vocem accepit scurra quasi dixisset ἄλλας, scilicet γυναικας. locus hic exprimi Latine non satis potest; quamquam Graece quoque, nisi pronuntiatione iuvetur τὸ ἄλας et ἄλλας, paulo minus frigidum videtur, quam si dicas alia et alia, scorta subintelligens.

P. 595, 11. καὶ τὴν ἐκ τοῦ αὐτοῦ κινήματος] tanta est P. 441 huius periodi, si diis placet, elegantia, ut quid sibi velit, vix Oedipus divinare possit.

P. 597, 5. καταστρέφεται] Byzantinus codex addit οὐ γνώμη μᾶλλον αὐταδέλφου ἢ βία, ὡς ἤδετο, καὶ συνδρομῇ παντός τοῦ στρατεύματος, κατ' αὐτοῦ σπασσαμένων τῶν πολλῶν τὰ ξίφη, καὶ διηπειληκότων ἐκείνῃ θάνατον, εἰ μὴ τὴν ἀρχὴν καταδέξῃται. V. 355 βασιλεὺς δ' Ἀλέξιος οὐκ εὐθύς τὴν μεγαλόπολιν εἰσεῖσιν etc. non tam de sententia germani fratris quam vi, ut ferebatur, et concursu totius exercitus, plerisque strictis ensibus in eum irruentibus, et mortem minitantibus, nisi principatum susciperet. Alexius vero potius imperio non statim magnam urbem ingreditur etc. amplificationes fraterni sceleris praetermittit, nec tamen facinus dissimulat, cum superiore libro dicat ἀρπάζουσιν εἰρωνικῶς, et hic βία ὡς ἤδετο. neque vero difficile aut novum est potentibus eorumque parasitis falsas cantilenas componere et spargere in vulgus.

P. 602, 6. ἢ δὲ —] apparet ironia ex similitudine. P. 442

P. 606, 18. alter (A) de impudicitia, alter (B) de impudentia et immodestia in singultibus et ructibus videtur loqui. nam barbara haec non satis intelligo.

P. 630, 21. alter sentire videtur legato datum esse via- P. 443 ticum ab imperatore, alter eum id de suo accepisse.

P. 640, 19. εἰδῶς γενέσθαι, φῶς μὲν ὀφθαλμοῖς] si cui deliciae placent, is fruatur his: qui sciret omnia fieri omni-

bus, clara lux oculis, spiritus vitalis, quæ per nares attrahitur, plane Perozi margarita, semper imperatoris auribus appensa, tanti pretii habita quanti universum imperium, aut potius velum versatile, et Argus multioculus, et centimanus Briareus etc.

P. 645, 20. τὴν ἡλικίαν συνοστ.] alter negat eum consensisse, alter affirmat: sed sequi illos noluisse, mutato consilio. notabis ἀκολουθῆσαι αὐτοὺς pro ἀπολῆσαι. huiusmodi ἐπιπτώσεις et insolentes constructiones non librario, sed lingue corruptæ videntur ascribendæ.

P. 444 P. 656, 8. alter ait Sultanum Turcos suo exemplo ad
V. 356 iuvandos captivos incitasse, alter eum captivis secures dedisse ad ligna caedenda, et Turcos ea re prohibuisse.

P. 658, 21. dubium utrum de lunæ eclipsi, an diminutione loquatur.

P. 445 P. 713, 14. multum interest inter πρῶτον et πρῶτον.
V. 357 sed fuisse caecum, ex iis quæ sequuntur pluribus in locis apparet; quamvis non iniuria mireris quomodo eques effugere potuerit in pugna Blachica.

P. 728, 3. οἱ δὲ οὔτε τι τῶν προσδεκωμένων] non satis assequor, utrum ea fecerint quæ expectabantur, an non fecerint. hoc loco vetus codex mutilus est, duobus foliis exactis.

P. 735, 19. πρὸς δῆμους] sic ambo codices habent: sed puto δυσμαῖς legendum, nisi forte sit loci proprium, versus occasum.

P. 748, 7. aliud est φρονηματίας, aliud φρόνιμος, sed barbaries vocabulorum vim depravasse videtur.

P. 446 P. 748, 7. καὶ ἐπὶ πᾶσι τὸν εὐεργέτην ἐς τοὺς μετέωρος αἰῶνας ἀναδύμενος] denique benefactorem subinde in
V. 358 Meteoris secula procrastinans. μετέωρος αἰῶνας, si scriptura non fallit, videtur proverbium aliquod recentius esse, ut aliqui Tithoni senectus celebratur.

P. 447 P. 754, 4. γίγας ἐννεόργυιος iugeribusque novem summis distabat ab imo.

P. 754, 4. καὶ αὐτὸν δὲ τὴν κάσιν] talem galeam Basilee vidi, qualibus olim in concursionibus equestribus Germanica nobilitas usa est, tanti ponderis armis circumsepta, ut nunc a multis vix sustineri posse videantur.

P. 754, 13. ταῖς χρυσταῖς χρυσταῖς πύλαις] leguntur quidem apud Zonaram χρυσταῖ πύλαι, sed hic haud scio an τὸ χρυσταῖς abundet. et paulo post pro τῶν πολλῶν legendum videtur πύλων, non vulgi, sed portæ propugnaculum.

P. 758, 22. ἀμβων παρὰ τὸ ἀναβαίνειν dici videtur, locus utique templi editior, sive suggestum, sive gradus, sive chorus, ut vulgo appellantur, sive superius ambulacrum, die portkirchen.

P. 762, 10. pro *μιαρώτατα* (B) legendum videtur *ἀγιώτατα*. per *μιαρώματα ζῶα* intelligit mulos, asinos, equos, per τὰ *ἀγιώτατα* sacrum ornatum. quanquam Byzantinus codex habet τὸν *παναγέστατον*, sanctissimum sive purissimum, hoc est Christum, sicut et paulo ante pro *μαργαρίτην Χριστοῦ* herilis codex legit *Χριστὸν* per appositionem.

P. 768, 17. καὶ τοῖς θηρίοις τοῦ καλάμου ἐπιτιμᾶ] V. 358 etiam bestias calami increpat. possunt intelligi vermes a quibus eroduntur. sed videtur subintelligi τὸ ἔνεκα, quem sensum in convertendo sum secutus.

P. 782, 13. εἰ μὴ γε τοῖς πολεμίοις ἀποτεινεῖτε τὸν ὄλεθρον. μὴ γε rectius legi quam *μητε*, vetustus codex declarat, cuius haec verba sunt: εἰ μὴ διὰ τὸ ἵνα ἀνταποδώσετε τοῖς πολεμίοις τὸν ὄλεθρον καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν ἐν ἡμέρᾳ ὄργης. unde apparet etiam pro *ἀποτεινεῖτε*, quod ab *ἀποτεινῶ* formatur, legendum esse *ἀποτινεῖτε*, ab *ἀποτίνω*, quod idem valet quod *ἀνταποδιδόναι*.

P. 784, 21. *σηλυβρίαν*] *σηλυμβρίαν*. etiam apud Demosthenem nostrum haec vox alias cum, alias sine *μ* scribitur, ut et *ἀρύμβας* et *ἀρύββας*. quod; accidere videtur propter litterarum *β* et *μ* notas alicubi non dissimiles.

P. 786, 12. *ἀπνηκώτους*] *ἀπνηνηκώτους*. utrumque perperam esse arbitror, neutrum certe intelligo.

P. 790, 9. *ἐς ὅσον βρετανία*] legendum esse *Βενετία*, praeter duorum codicum consensum, etiam ipse orationis contextus declarat.

P. 790, 26. fortasse legendum τῶν εἰς θεὸν ὑμνητηρίων. in convertendo vetustum codicem secuti sumus.

P. 791, 4. τὸ ὑπὲρ *εὐκλείδην*] caeteri codices non habent. nec mihi nota est historia de Euclidis alicuius insolentia. *εὐκλείδου ἄρχοντος* fit mentio apud Demosthenem, de legibus ante vel post Euclidem irritis. fortassis hoc vult τὸ ὑπὲρ *εὐκλείδην*, praemature, intempestive, insolenter encomium eum canere ante victoriam, ut ad *προθεσμίαν τῶν κυρίων νόμων* alludat.

P. 796, 1. *περὶ μῆνα τὸν φιλοχόον*] sic ambo codices habent. sed vetustus *Οκτώβριον* ponit, quem secutus sum, etsi supra idem τὸν *φυλλοχόον* (sic enim scribendum est: nam a fundendis seu defluentibus arborum foliis nomen habet) *Νοέμβριον* interpretatur. utrum rectius sit, non pronuntio: nam alii maturiorem, alii seriorem hiemem habent.

P. 797, 3. *προουσαιῶι*] *προουσαιῆς* et *προουσηνοί*, οἱ ἐν τῇ *προῶση*. aliis atque aliis in locis hae formationes inveniuntur.

P. 798, 20. τὸν ἐπὶ τῆς *σημαίας ἀνελόντες*] Byzantinus codex solus hanc lectionem habet, in qua haud scio an ali-

quid depravatam sit: nam signiferum cidi, et a paucis robustissimum exercitu cari, vix credibile videtur. malo tamen, ne quid, qualecumque id sit, pra-

P. 799, 19. ἐπὶ τεσσάρων ἀσπίδων παραταξάμενοι apud Isocratem in Arc vix credibile videtur, aciem in longu viro profundiore multo millibus resti

P. 800, 19. τὸ οἰκεῖον λάχος δὲ μuneris esse intelligeret. quodsi cui d suum gregem, vel cives suos, a con pendere videret.

P. 802, 22. constructio huiusmodi θεόν, πᾶν ἀποτρόπαιον τραπέσθαι καὶ

P. 805, 23. οὗτος γὰρ τῶν τοῦ β[η ρείζ] non satis assequor quid sibi ve et hic mutilus est, ut et alibi, ubi e opus est.

P. 805, 20. ἐπιούσης legendum, u ctæ ascribunt sub umbra alarum tuar

P. 810, 16. τὴν δὲ πολιορκεῖσαν bis non satis intelligitur utrum Latini P. 450 polim tenuerint. vetustus codex (B) μόνου hinc apparet Arcadiopolim hinc Romanis i alteri contrarium dicere videantur.

P. 811, 3. ὡς δ' ἀπήντων] hic ritas. vetustus habet: οἱ Ῥωμαῖοι δὲ ται. hanc sententiam in vertendo sum

P. 811, 13. τῶν δ' ἄλλων] ἡ δὲ τοῦ παρὰ πόδας ἰοῦσα, ἐκεῖσέ πη β[ε ταντησί] πειρᾶται κατὰ κράτος ἐλεῖν. α τῶν οἰκείων συμφορὰς συγγραφόμενος, μεταβάσεως ἅπας γίνομαι ἐνταῦθα τ τῶν κακῶν ἰλῆγγοι πεπαύσομαι. reli nopolim recta contendens castra ibi locat re instituit. sed quia nostrorum calamitate defessus et nunc Orientali projectione te oratione calamitatum vertiginem depoi tinus codex a Iohanne Dernschwam no geri Cpoli emptus abruptum historiam, iicitur his verbis: ἐτελειώθη ἡ παρ κηρίου Νικήτα τοῦ χωνειάτου παρ' ἰ ἱεροδιακόνοις, Ἀλεξάνδρου τοῦ μεγάλου τοῦ Χριστοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, ἐν Μαρτίῳ ἱσταμένου ἡμέρα δ.

P. 824, 27. sententia est, Latini

profecturos in idem malum incidisse et in itinere caesos esse.

P. 850, 19. alter (A) de militibus, alter (B) de munitionibus loquitur. hic etiam vetustus codex (B) nos desinituit, foliis compluribus resectis; in quo conferendo et genere et ingenio nobilis adolescens Raphael Sailerius me adiuvit.

P. 852, 1. καθ' ἡλικίαν ἠχμαλώτευσαν ὀμνὶ sexu et aetate capta. hoc si cui displicet, quaerat meliorem interpretationem.

P. 853, 4. καὶν ἐξέπεσον τῶν κατὰ σκοπὸν] interpretatus sum ἀποφαντικῶς. quod si cui displicet, ὑποθετικῶς exponat licet, hoc modo: ac successu caruisset id consilium, si in cohortes alias etc. incidissent. paulo post, ὡς διὰ βραχέος, τὸ ὡς redundare videtur.

P. 834, 13. μηδ' ἄλλως ὑπὸ Λατίνων οὔσαι ἀνεπισκόπητοι] converti ὑποθετικῶς: ni tam munitae fuissent, nec Latinorum rapacitatem vitaturas fuisse. si cui vero τὸ μηδ' ἄλλως pro ἄλλωσε μηδ' intelligere magis placet, sic vertat: praesertim cum nec a Latinis negligenter. dubito an pro μηδ' ἄλλως potius sit legendum μηδ' ὄλωσ: nam herilis codex, etsi solus integer, tamen negligenter scriptus est, ἐπ' Ἐμμανουήλον ὀμβραβενίδος τοῦ ἐκ μονεμβασίας μετὰ τὴν παράδοσιν τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος.

P. 836, 5. θωράκια tibicines verti, non quod verum P. 451 putem, sed quod solidae columnae, ut Virgilio ioco utar, nondum advenerunt.

P. 838, 9. ἢ γοῦν τῶν ὄντων ἑτέραν παραγωγὴν αὐτῆς] aliam rerum creationem. respicit ad agros et urbes cultoribus vacuas. verteram principio aut rerum naturam ab eo diversam, qua iussit etc. putabam enim eum loqui de vastitate Thraciae incendiis deformata. sed hanc sententiam repudio, quod sequitur ὁ δ' ἀνθρώπος οὐκ ἦν, quasi dicat Thraciae fuisse eam faciem quae recentis mundi fuerit cultoribus vacui.

P. 838, 15. διαπεμπούσης τοῖς πόρρωθεν] transmittere ad posteros esset τοῖς μετέπειτα. ad quam significationem τὸ πόρρωθεν non satis commode deflectitur.

P. 841, 3. καὶ Λατίνοις τὸ καινὸν ἐσπένδοντο novitas illa, hoc est, novi tyranni cum Latinis paciscebantur. fortassis legendum τὸ καινότερον ἐσπένδοντο, quod maxime mireris, ut τὸ μέγιστον usurpatur. ego verti τὸ καινὸν pro καινῶς. sequatur quisque quod probarit.

P. 841, 18. τῶν θρηψαμένων] idem quod τῶν πατρί- V. 360 δων. sicut ἡ ἐνεγκαμένη, ita et hic ἡ θρηψαμένη patriam significat.

P. 843, 2. νῆψις est sobrietas; quae quid huc faciat,

non video. neque σκῆψις placet. sobrius esse utilem non nego: sed id hic non

P. 844, 25. ὡς οὐκ οὐκ οὐκ ἐβάλετο quod redundare existimo, omisi.

P. 849, 13. ἤγουσιν Λατῖνον αὐτὸν γούν vel οὐκ οὐκ, itaque

P. 851, 9. ὡς ἰμᾶσι] fortasse quam vestibibus nos operiunt.

P. 851, 13. μένοῦν γὰρ οὐδὲ διὰ haec per indignationem adici videtur tatem exaggerandam et suam innocen-

P. 851, 22. καὶ τῆς τῶν βιθιδροέουσας] puto legendum καὶ τὴν οὐσαν. nam ἡ προεδροέουσα et μητρόπολις. si quis autem etiam metropoli legat: καὶ τὴν τῆς τῶν βιθιδρῶν μητροπόλιν Νίκαιαν, addito duntaxat articulo: παρ' Ἀσκανίης λίμνης παροικεῖν.

P. 852, 3. καὶ παριστῆν ἐντεῦθεν deesse.

CHRONOLOGIA NICETAE,

quae annorum ab eo descriptorum

et rerum sub imperatoribus gestarum seriem paucis indicat.

(auctore Fabroto)

Anni Christi	Res gestae.	Anni Imperatorum	
		Orientis	Occidentis.
1117	Imperator ALEXIUS COMNENUS, anno imperii 37. mense 4 cum dimidio, 15 die Augusti vita functus est. Nicet. pag. 6. Huic successit IOHANNES COMNENUS Filius, in quem proceres et cognati conspirant. coniuratos clementer tractat. 7. 8.	IOHANNES COMNENUS. 1	HENRIC. QUINTUS. 11
1118	Expeditiones adversus Persas. 9.	2	12
1119		3	13
1120		4	14
1121	Scythas arte profligat. 10.	5	15
1122	Contra Triballos, quos alii Servios dicunt, expeditionem init. quatuor filios, Manuelem praesertim natu minimum, ad dignitates publicas evehit. 11. 12.	6	16
1123	Hunnicum bellum. 12.	7	17
1124	Traducto in Orientem exercitu de Persarmeniis debellatis triumphat. 13.	8	18
1125	Persarmenios denuo aggreditur, et bello fatigatos pacem petere cogit. Gangram expugnat, quam Persae paulo post capiunt. 14.	9	19 MORITAR HENRIC.
1126	In Ciliciam movet. Bacam castellum munitissimum et Anabazam expugnat. 15.	10	LOTHAR. SAXO. I.

1127	Profectus in Coelesyriam cum Baimundo et Antiochenis amicitiam init. Pizaeos deditione recipit, Phaerepum expugnat, et variam Martis aleam experitur. 18.	11	2
1128	Istrium et Sezerim debellat, et Persarum Iconiensium insidiis elusus Byzantium redit. 19.	12	3
1129	Fratre ISAACIO COMMENO in gratiam recepto, novas expeditiones in Persas suscipit. 21. 22.	13	4
1130	Tyrannum Trapezuntium invadit. 22.	14	5
1131	Persas bello fatigat. 23.	15	6
1132	Dum Neocaesaream obsidet, IOHANNES COMMENUS nepos ad Sultanum Iconiensem deficit. 24.	16	7
1133	Iterum in Persas movet. 24.	17	8
1134	Phrygiam praetervectus provincias et finitima oppida rectius constituere studet, et perduelles quosdam bello frangit. 25.	18	9
1135	Alexius et Andronicus IOHANNIS COMMENI filii morbo pereunt, patre in bellis externis occupato. 25.	19	10
1136	In Isauriam profiscitur, ac provinciam ordinat. 26.	20	11
1137	Iter in Syriam intendit, ut Latinos Antiochia pellat. 26.	21	MORITUR LOTH. 12
1138	In itinere moras nectens ut Syros et Cilices in suas partes pertraheret, adventum suum Antiochenis denuntiat. 26.	22	CONRAD. TERTIUS 1
1139	Spe sua frustratus Antiochena suburbia diripit et vastat. inde ad Cilicum fines deflectit. 26.	23	2
1140	Venatum egressus, manu ad digitum venenatae sagittae illapsu strictim laesa, veneno celeriter usque ad vitalia progressa non multo post abire vita, Manuele filio iunioris imperii herede relicto. 27. 28.	24	MORITUR IOHANNES COMMEN. 3

1141	Manuel Comnenus patri succedens Isaacium fratrem natu maiorem in monasterio includit. opera Iohannis Axuchi et a Byzantinis expetitur ac suscipitur. 34.	MANUEL COMNEN. 1	4
1142	A Michaele patriarcha coronatus cum fratre Isaacio reconciliatur, et in Persas movet. 36.	2	5
1143	Iterum Persicam expeditionem suscipit, et rem gerit vario eventu. 37.	3	6
1144	Alemannam heroinam uxorem ducit. rei publicae suscipit curam, Cancellario et supremo Quaestore constitutis. vectigalia nautica in fiscum refert. 37. 38.	4	7
1145	In aula Manuelis rerum vicissitudines, et Styppiotae cuiusdam mirabilis prosperitas. 39. 40.	5	8
1146	Laudata Manuelis administratio et virtutes principe vero dignissimae. 40.	6	9
1147	In praeclaro instituto non diu permanet, sed ex liberali et clemente fit tenax et austerus. 40.	7	10
1148	Alemannorum expeditio Hierosolymitana. huic Alemannorum exercitui Manuel varias struit insidias, quas Conradi exercitus superat. 41. 42.	8	11
1149	Exercitus Christiani luctuosa clades. reliquias Graeci fraude, ferro, veneno persequuntur. calx farinae militum admixta, moneta iussu Manuelis adulterata in Alemannorum perniciem. 43. 44. 45.	9	12
1150	Atrox pugna et illustris victoria a Conrado de Turcis reportata. 47. 48.	10	13
1151	Rogerus rex Siciliae bellum Graecis infert magno cum successu. 49.	11	14 MORITUR CONRAD.
1152	Manuelis expeditio contra Siculos, Corcyrae oppugnatio et tandem deditio. inter Graecos et Venetos seditio cruenta. 51. 52.	12	FRIDERI- CUS I. CO- GNOMINE AENOBAR- BUS SIVE BARBARO- SA. 1

1153	Irritus in Siciliam Manuelis conatus. Serviam populatur. Michaël Palaeologus adversus Siculos rem feliciter gerit. 60. 61.	13	2
1154	In Servios et Hungaros expeditiones Manuelis et triumphus. cuius praefecti cum Scythis et Siculis infeliciter pugnant. 61. 62.	14	3
1155	Cum Rogerio Siculo pacem init: paulo post autem inimicitiae inter eos recrudescunt. 64. 65.	15	4
1156	Bellum Hungaricum. Hunnorum grassationes. incestuosa Manuelis et Andronici vita. 67. 68.	16	5
1157	Copiae Graecorum a Turcis cladem accipiunt. Styppiota calumniis oppressus excaecatur. 72. 73.	17	6
1158	Turcicae grassationes. Sultanus Iconiensis ad Manuelem confugiens magnifice excipitur. utriusque artes. 76. 77.	18	7
1159	Iconii seu Turcarum Sultanus Manuelis liberalitate onustus, domum reversus fidem fallit; unde vastationes et clades mutuae. 79. 80.	19	8
1160	Hunnis Manuel bellum indicit. Andronici tragoedia nova. is tandem Manueli reconciliatur. 83. 84. 85. etc.	20	9
1161	Pannonicum bellum. Zeugmini recuperatio. varia belli facies. 87. 88.	21	10
1162	Bellum adversus Serviae despotam. Andronici mala mens. rem gerit infeliciter cum Toruse Armen. 89. 90. 91.	22	11
